

Conservation of this volume was made possible through the generous support of PETER WARRIAN *and the Friends of the Library*

PIMS

PONTIFICAL INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/registrummalmesb01malm

RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

34671. Wt. 11423.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

On the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each Chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

REGISTRUM MALMESBURIENSE.

REGISTRUM MALMESBURIENSE.

THE

REGISTER

OF

MALMESBURY ABBEY;

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

EDITED

BY

J. S. BREWER, M.A.

PREACHER AT THE ROLLS, AND RECTOR OF TOPPESFIELD.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

VOL. I.

LONDON:

LONGMAN & Co., Paternoster Row; TRÜBNER & Co., Ludgate Hill:

ALSO BY

PARKER & Co., OXFORD; and MACMILLAN & Co., CAMBRIDGE;

A. & C. BLACK, and DOUGLAS & FOULIS, EDINBURGH;

and A. THOM, DUBLIN.

1879.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

JAN 21 1950

15561

Printed by
Eyre and Spottiswoode, Her Majesty's Printers.
For Her Majesty's Stationery Office.

The Introduction to the Register of Malmesbury Abbey is postponed to the Second Volume, in consequence of the lamented death of the Rev. J. S. Brewer, at Toppesfield Rectory, on the 16th February 1879.

The Index will be given at the end of the Second Volume.

TABLE OF CONTENTS.

DA
25
.B8
K72

VI.—*cont.*

VII.—*cont.*

ERRATA.

Page 29, line 18, *for* "nostra" *read* "nostri."
,, 31, ,, 30, *for* "solutione" *read* "solutionem."
,, 36, ,, 7, *for* "et" *read* "ei."
,, 38, ,, 1, *for* "Justiciariis" *read* "Justiciario."
,, 43, ,, 19, *for* "suo" *read* "sua."
,, 43, ,, 37, *for* "feeerint" *read* "fecerint."
,, 44, ,, 24, *for* "quoad" *read* "quemadmodum."
,, 45, ,, 26, *for* "quæ" *read* "quod."
,, 46, ,, 20, *for* "conventionum" *read* "convencionum."
,, 47, ,, 23, *for* "comitibus" *read* "comitatibus."
,, 48, ,, 11, *for* "inveniunter" *read* "invenientur."
,, 49, ,, 3, *for* "comitatem" *read* "comitatum."
,, 61, ,, 30, *for* "parvum" *read* "puerum."
,, 62, ,, 4, *for* "ablatum" *read* "oblatum."
,, 67, ,, 25, *for* "prædictorum" *read* "prædicto."
,, 69, ,, 17, *for* "adjudicatur" *read* "adjudicetur."
,, 77, ,, 31, *for* "implicitatus" *read* "implacitatus."
,, 80, ,, 10, *for* "respondum" *read* "respondendum."
,, 80, ,, 24, *for* "distringit" *read* "distringitur."
,, 81, ,, 1, *for* "servicii" *read* "servicia."
,, 81, ,, 1, *for* "si" *read* "ei."
,, 83, ,, 25, *for* "supra" *read* "infra."
,, 128, ,, 12, *for* "Philippestone" *read* "Philippeslane."
,, 132, ,, 29, *for* "Phelippestane" *read* "Phelipeslane."
,, 154, ,, 2, *dele* "de."
,, 265, ,, 10, *for* "efficacite" *read* "efficaciter."
,, 271, ,, 4, *for* "Wyntonensis et Lincolnensis" *read* "Wyntonien- sis et Lincolniensis."
,, 436, note, *for* "sevicio" *read* "servicio."
,, 472, ,, 17, *for* "Winchester" *read* "Westminster."
,, 473, ,, 4, *for* "Eversham" *read* "Evesham."

REGISTRUM MALMESBURIENSE.

31671.

/3

REGISTRUM MALMESBURIENSE.

[1] A pen has been passed through this entry.

[2] Added in a modern hand.

[3] Sic in MS.

[1] In the MS. Cheleworthe is erased and Foxham inserted in a modern hand.

[2] Added in a modern hand.

[1] Added in a modern hand.

---

[1] *Alias vocatur Scherrevesnewton*, added in modern hand.

§

"Modo de terris et tenementis perquisitis per Abbatem Willelmum."

[1] In a modern hand.

[1] In a later hand.

[1] In a modern hand.

---

[1] Later hand.
[2] A pen has been struck through this entry in MS.

---

[1] In a later hand.

[2] domo in MS.

Cap. I.

Vetus carta Regis Henrici. f. 28.

H. Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andagaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, militibus, liberis hominibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis presentem cartam inspecturis salutem. Sciatis, quod nos intuitu Dei et pro salute animæ nostræ et animarum antecessorum et successorum nostrorum, ad exaltationem sanctæ ecclesiæ et emendationem regni nostri, spontanea et bona voluntate nostra dedimus et concessimus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, militibus, et omnibus de regno nostro has libertates subscriptas tenendas in regno nostro Angliæ imperpetuum. In primis, concessimus Deo et hac presenti carta nostra confirmamus pro nobis et heredibus nostris imperpetuum, quod Anglicana ecclesia libera sit et habeat jura sua integra et libertates suas illæsas. Concessimus etiam omnibus liberis hominibus regni nostra pro nobis et heredibus nostris imperpetuum omnes libertates subscriptas, habendas et tenendas eis et heredibus suis de nobis et heredibus nostris. Siquis comitum vel baronum nostrorum sive aliorum tenentium de nobis in capite per servicium militare mortuus fuerit et cum decesserit, heres ejus, si plenæ ætatis fuerit, et relevium debeat, habeat hereditatem suam per antiquum relevium; scilicet heres vel heredes comitis de baronia comitis integra c. libras; heres vel heredes

Magna Carta of Henry III. A.D. 1217.

baronis de baronia integra c. libras; heres vel heredes de feudo militis integro per centum solidos ad plus; et qui minus habuerit minus det, secundum antiquam consuetudinem feudorum.

Si autem heres alicujus talium fuerit infra ætatem dominus ejus non habeat custodiam ejus, nec terræ suæ, antequam homagium ejus ceperit; et postquam talis heres fuerit in custodia cum ad ætatem pervenerit, scilicet viginti et unius anni, habeat hereditatem suam sine relevio et sine fine; ita tamen quod si ipse dum infra ætatem fuerit, miles fiat, nichilominus terra rema-
f. 28 *d.* neat in custodia dominorum suorum usque ad terminum prædictum.

Custos terræ hujusmodi heredis, qui infra ætatem fuerit, non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus, rationabiles consuetudines et rationabilia servicia, et hoc sine destructione et vasto hominum vel rerum. Et si nos commiserimus alicujus terræ talis custodiam vicecomiti vel alicui alii qui de exitibus terræ illius nobis debeat respondere et ille, destructionem de custodia [fecerit] vel vastum, capiemus emendam de illo, et terra committatur duobus legalibus hominibus et discretis de feudo illo, qui de exitibus nobis respondeant vel ei cui eos assignaverimus: Et si dederimus vel vendiderimus alicui custodiam alicujus talis terræ, et ille destructionem inde fecerit vel vastum, amittat ipsam custodiam, et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui similiter nobis respondeant sicut prædictum est.

Custos autem, quamdiu custodiam terræ habuerit, sustentet domos, pascua, vivaria, stagna, molendina et cetera, ad terram illam pertinentia, de exitibus terræ ejusdem; et reddat heredi, cum ad plenam ætatem pervenerit, terram suam totam restoratam de carucis et omnibus aliis rebus ad minus secundum quod illam recepit.

Hæc omnia observentur de custodiis archiepiscopa-

tuum, episcopatuum, abbatiarum, primatuum, ecclesiarum et dignitatum vacantium quæ ad nos pertinent, excepto quod custodiæ hujusmodi vendi non debent.

Heredes maritentur absque disperagatione.

Vidua post mortem viri sui statim et sine difficultate aliqua habeat maritagium suum et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua, vel pro homagio suo vel hereditate sua, quam hereditatem maritus suus et ipsa tenuerunt die obitus ipsius mariti; et maneat in capitali messuagio mariti sui per xl. dies post obitum ipsius mariti sui, infra quos assignetur ei dos sua nisi prius ei fuerit assignata, vel nisi domus illa castrum sit. Et si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari, quousque dos sua assignetur ei secundum quod prædictum est. Et habeat interim rationabile estoverium suum de communi. Assignetur autem ei pro dote sua tertia f. 29.
pars totius terræ mariti sui, quæ sua fuit in vita sua, nisi de minori dotata fuerit ad ostium ecclesiæ.

Nulla vidua distringatur ad se maritandum dum voluerit vivere sine marito; ita tamen quod securitatem faciet quod se non maritabit sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu domini sui si de alio tenuerit.

Nos vel ballivi nostri non seisiemus terram aliquam nec redditum pro debito aliquo, quam diu catalla debitoris præsentia sufficiunt ad debitum reddendum, et ipse debitor paratus sit inde satisfacere; nec plegii ipsius debitoris distringantur quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solutione debiti. Et si capitalis debitor defecerit in solutione debiti, nec habens unde reddat, aut reddere cum possit, plegii respondeant pro debito; et si voluerint habeant terras et redditus debitoris quousque sit eis satisfactum de debito, quod ante pro eo solverunt, nisi capitalis debitor monstraverit se inde esse quietum versus eosdem plegios.

Civitas Londoniæ habeat omnes antiquas libertates et

liberas consuetudines suas. Præterea volumus et concedimus quod omnes aliæ civitates et burgi et villæ et barones de quinque portibus et omnes portus habeant omnes libertates et liberas consuetudines suas.

Nullus distringatur ad faciendum majus servicium de feudo militis nec de alio libero tenemento quam inde debetur.

Communia placita non sequantur curiam nostram set teneantur in alio loco certo.

Recognitiones de nova disseisna [et] de morte antecessorum non capiantur nisi in suis comitatibus et hoc modo: Nos vel si extra regnum nostrum fuerimus capitalis justiciarius noster mittet justiciarios itinerantes per unumquemque comitatum semel in anno qui cum militibus comitatus capiant in comitatu assisas prædictas, et ea quæ in illo adventu suo in comitatu per justiciarios prædictos ad dictas assisas capiendas missos terminari non possunt, per eosdem terminentur alibi in itinere suo, et ea quæ per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non possunt, referantur ad justiciarios nostros de banco et ibi terminentur.

Assisæ de ultima præsentatione semper capiantur per justiciarios de banco et ibi terminentur.

f. 29 *d.* Homo liber non amercietur pro parvo delicto nisi secundum modum ejusdem delicti, et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo contenemento suo; et mercator eodem modo salva mercandisa sua; et villanus alterius quam noster eodem modo amercietur salvo waignagio suo si inciderit in misericordiam nostram. Et nulla prædictarum misericordiarum ponatur nisi per sacramentum proborum et legalium hominum de visneto.

Comites et barones non amercientur nisi per pares suos, et non nisi secundum modum delicti.

Nulla ecclesiastica persona amercietur secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici, sed secundum lai-

eum tenementum suum, et secundum quantitatem delicti.

Nec villa, nec homo, distringatur facere pontes ad riparias nisi qui ab antiquo et de jure facere debent et consueverunt.

Nulla riparia de cetero defendatur nisi illæ quæ fuerunt in defenso tempore H. regis avi nostri, per eadem loca et per eosdem terminos sicut esse consueverunt tempore suo.

Nullus vicecomes, constabilarius, coronator, vel alii ballivi nostri, teneant placita coronæ nostræ.

Si aliquis tenens de nobis laicum feudum moriatur, et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de summonitione nostra de debito quod defunctus nobis debuit, liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et inbreviare catalla defuncti inventa in laico feodo ad valentiam illius debiti per visum legalium hominum; ita quod nichil inde ammoveatur, donec persolvatur nobis debitum quod clarum fuerit, et residuum relinquatur executoribus ad faciendum testamentum defuncti; et si nichil nobis debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvis uxori ipsius et pueris suis rationabilibus partibus suis.

Constabularius nullus vel ejus ballivus capiat blada vel alia catalla alicujus qui non sit de villa ubi castrum situm est, nisi statim inde reddat denarios, aut respectum inde habere possit de voluntate venditoris, si autem de villa ipsa fuerit, infra xl. dies precium reddat.

Nullus constabularius distringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri si ipse facere voluerit eam in propria persona sua, vel per alium probum hominem si ipse eam facere non possit propter rationabilem causam; et si nos duxerimus eum vel miserimus in exercitum, erit quietus de custodia secundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu de feudo pro quo fecit servicium in exercitu. f. 30.

Nullus vicecomes vel ballivus noster vel alius capiat equos ad carectas alicujus pro cariagio faciendo nisi reddat liberationem antiquitus statutam, scilicet pro carecta ad duos equos decem denarios per diem, et pro carecta ad tres equos xiiii. denarios per diem.

Nulla carecta dominica alicujus ecclesiasticæ personæ, vel militis, vel alicujus dominæ,[1] capiatur per ballivos prædictos.

Nec nos nec ballivi nostri nec alii capiemus alienum boscum ad castrum vel ad alia agenda nostra, nisi per voluntatem illius cujus boscus ille fuerit.

Nos non tenebimus terras eorum qui convicti fuerint de felonia nisi per unum annum et unum diem, et tunc terræ reddantur dominis feudorum terræ.

Omnes kydelli de cetero deponantur penitus per Tamisiam et Medeweyam et per totam Angliam nisi per costeram maris.

Breve quod votatur *Præcipe* de cetero non fiat alicui de aliquo tenemento unde liber homo perdat curiam suam.

Una mensura vini sit per totum regnum nostrum Angliæ, et una mensura cervisiæ, et una mensura bladi, scilicet *quarter* Londoniæ; et una latitudo pannorum tinctorum et russeti, et haubegerii, scilicet duæ ulnæ infra listas.

De ponderibus vero sicut de mensuris diximus.

Nihil detur de cetero pro brevi inquisitionis ab eo qui inquisitionem petit de vita vel membris, sed[2] gratis concedatur et non negetur.

Si aliquis teneat de nobis per feudi firmam, vel soccagium, vel burgagium, et de alio teneat terram per servicium militare, nos non habebimus custodiam heredis nec terræ suæ quæ est de feudo alterius occasione illius feudi firmæ soccagii, vel burgagii, nisi ipsa feudi firma debeat servicium militare. Nos non habebimus

---

[1] Sic in MS.

[2] Set MS. passim.

custodiam heredis, vel terræ alicujus quam tenet de alio per servicium militare, occasione alicujus parvæ sergantiæ quam tenet de nobis per servicium, reddendo nobis cultellos vel sagittas vel hujusmodi.

Nullus ballivus ponat de cetero aliquem ad legem manifestam, nec ad juramentum, simplici voce sua, sine testibus fidelibus ad hoc inductis. f. 30 b.

Nullus liber homo capiatur, vel imprisonetur vel disseysiatur, de libero tenemento suo, vel libertatibus, vel liberis consuetudinibus, aut utlagetur, aut exulet, aut aliquo alio modo destruatur. Nec super ipsum ibimus, nec super ipsum mittemus, nisi per legale judicium parium suorum vel per legem terræ.

Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus, rectum vel justitiam.

Omnes mercatores nisi antea publice prohibiti fuerint, habeant salvum et securum conductum exire de Anglia et venire in Angliam, et morari et ire per Angliam, tam per terram quam per aquam, ad emendum et vendendum sine omnibus toltis malis, per antiquas et rectas consuetudines,[1] præterquam in tempore guerræ, et si sint de terra contra nos guerrina. Et si tales in terra nostra in principio guerræ inveniantur, attachientur sine dampno corporum vel rerum, donec sciatur a nobis, vel capitali justiciario nostro, quomodo mercatores terræ tractentur qui tunc inveniuntur in terra contra nos guerrina; et si sint nostri mercatores salvi ibi, alii salvi sint in terra nostra.

Siquis tenuerit de aliqua eschaeta, sicut de honore Walingfordiæ, Buloign, Notingeham, Lancastre, vel de aliis eschaetis quæ sunt in manu nostra et sint baroniæ, et obierit, heres ejus non det aliud relevium nec faciet nobis aliud servicium quam faceret si illa esset in manu baronis, et nos eodem modo eam tenebimus quo baro eam tenuit; nec nos occasione talis baroniæ

---

[1] consuetudinas in MS.

vel eschaetatæ habebimus aliquam eschaetam vel custodiam aliquorum hominum nostrorum, nisi alibi de nobis tenuerit in capite ille, qui tenuerit baroniam vel eschaetam.

Nullus liber homo de cetero det amplius alicui vel vendat de terra sua quam ut de residuo terræ suæ possit fieri sufficienter domino feudi servicium et debitum quod pertinet ad feudum illud.

Omnes patroni abbatiarum qui habent cartas regum Angliæ de advocatione, vel antiquam tenuram, vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacaverint sicut habere debent, sicut supra declaratum est.

f. 31. Nullus capiatur vel imprisonetur propter appellationem feminæ de morte alterius quam viri sui.

Nullus comitatus de cetero teneatur nisi de mense in mensem, et ubi major terminus esse solebat minor sit.

Nullus vicecomes vel ballivus faciat turnum suum nisi bis in anno, et non nisi in loco debito et consueto, videlicet semel post Pascham, et iterum post festum Sancti Michaelis; et visus de franco plegio tunc fiat, scilicet ad terminum Sancti Michaelis sine occasione; ita scilicet quod quilibet habeat libertates suas, quas habuit et habere consuevit tempore H. regis, avi nostri, vel quas postea perquisivit.

Fiat autem visus de franco plegio sic, videlicet quod pax nostra teneatur et thethinga integra sit sicut esse consuevit, et quod vicecomes non quærat occasiones, et quod contentus sit de eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo, tempore H. regis, avi nostri. Non liceat alicui de cetero dare terram suam alicui domui religiosæ ita quod illam resumat tenendam ab eadem domo.

Nec liceat alicui domui religiosæ terram alicujus sic accipere quod tradat eam illi a quo eam recepit tenendam.

Siquis autem de cetero terram suam alicui domui

religiosæ sic dederit, et super hoc convincatur, donum suum penitus cassetur, et terra illa domino suo illius feodi incurratur.

Scutagium de cetero capiatur sicut capi consuevit tempore regis H., avi nostri; et salvæ sint archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, Templariis, Hospitalibus, comitibus, baronibus, militibus, et omnibus aliis, tam ecclesiasticis personis quam secularibus, libertates et liberæ consuetudines quas prius habuerunt. Omnes autem istas consuetudine[s] prædictas et libertates quas concessimus in regno nostro tenendas, quantum ad nos pertinet erga nostros, omnes de regno nostro tam clerici quam laici observent, quantum ad se pertinet erga suos.

Pro hac autem concessione et donatione nostra et libertatum istarum et aliarum contentarum in carta nostra de Libertate Forestæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones, milites, libere tenentes, et omnes de regno nostro dederunt nobis quintam decimam partem omnium mobilium suorum. Concessimus
etiam eisdem pro nobis et heredibus nostris quod nec f. 31 b.
nos nec heredes nostri aliquid perquiremus per quod libertates, in hac carta contentæ, infringantur vel infirmentur; et si ab aliquo aliquid contra hoc perquisitum fuerit, nichil valeat et pro nichilo habeatur.

Hiis testibus, &c. Cancellario archiepiscopo et teste me ipso apud Westmonasterium, xi. die Februarii, anno regni nostri nono.

E. London., J. Bath., B. Winton., R. Lincoln., R. Sarr., &c., B. Rofesc., W. Wygorn., E. Eliens.,[1] H. Heroford., S. Cicestre., W. Exon., episcopis. Abbatibus, Sancti Edmundi, A. Sancti Albani, A. de Bello, A. Sancti Augustini Cantuar., A. de Evesham., A. Westmon., A. de Burgo Sancti Petri, A. de Rading., A. de Abendon., A. Malm., A. Wichecumb., A. de Hyda, A. de Cerneya,

[1] In MS. Eliecit'.

A. Middelton. A. de Wyteb[1] Justiciariis, A. de Burgo, justiciario; R. com. Cestr. et Lincoln., W. com. Sarr., W. com. Warrann., G. de Clare, Gloucestr. et Hertford, W. de Fer. com. de Vorby,[1] W. Maundevil com. Excetens., H. de Bigod com. Norslach,[1] W. com. de Aubes, H. com. Hereford, constab. Cestre. R. de Jas,[1] R. fil. W. de Veteri Ponte, Ric. Monfichet, W. de Abimat, Johanne de Monumouth, J. fil. Alani, R. de Mortuo Mari. W. de Bello Campo, W. de Sancto Johanne, P. de Malo Lacu, Briano de Insula, T. de Melton, Ric. de Argent, G. de Nevile, W. Maudut, Johanne de Balun, et aliis.

Cap. II.

Carta ejusdem regis de foresta.

Carta de Foresta of Henry III.

H. Dei gratia rex Angliæ, &c., archiepiscopis, episcopis, &c. salutem. Sciatis nos concessisse has libertates subscriptas tenendas esse in regno nostro Angliæ imperpetuum.

In primis omnes forestæ, quas Henricus avus noster aforestavit, videantur per probos et legales homines; et si boscum aliquis[2] alium quam suum dominicum aforestaverit, ad dampnum illius cujus boscus fuerit, deaforestetur.

Et si boscum suum proprium aforestaverit, remaneat foresta, salva communa de herbagio et aliis in eadem foresta illis qui eam prius habere consueverunt.

Homines qui manent extra forestam non veniant de cetero coram justiciariis nostris de foresta, per communes summonitiones, nisi sint in placito vel plegii alicujus, vel aliquorum, qui attachiati sint propter
f. 32. forestam.

Omnes autem bosci qui fuerunt aforestati per regem Ricardum, avunculum nostrum, et per regem Johannem

[1] Sic in MS.

[2] Aliquem MS.

patrem nostrum, usque ad primam coronationem nostram, statim deaforestentur, nisi fuerit dominicus boscus noster.

Archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes, qui boscos suos habent in forestis, habeant boscos suos sicut eos habuerunt tempore primæ coronationis prædicti Henrici regis, avi nostri; ita quod quieti sint imperpetuum de omnibus purpresturis, vastis et assartis, factis in illis boscis post illud tempus usque ad principium secundi anni coronationis nostræ.

Et qui de cetero vastum, purpresturam vel assartum facient sine licentia nostra, in illis boscis de vastis, purpresturis et assartis, respondeant.

Regardores nostri eant per forestas ad faciendum regardum sicut fieri consuevit tempore primæ coronationis prædicti H. regis, avi nostri.

Inquisitio vel visus de expeditatione canum existentium in foresta, de cetero fiat quando fieri debet regardum, scilicet de tertio anno in tertium annum, et tunc fiat per visum et testimonium legalium hominum et non aliter. Et ille cujus canis inventus fuerit tunc non expeditatus, det pro misericordia tres solidos. Et de cetero nullus bos capiatur pro expeditatione. Talis autem sit expeditatio per assisam communem, quod tres ortilli abscidantur sine pelota de pede anteriori; nec expeditentur canes de cetero nisi in locis ubi consueverunt expeditari tempore primæ coronationis H. regis, avi nostri.

Nullus forestarius vel bedellus faciat de cetero scotallum, vel colligat garbas, vel avenam, vel bladum aliud, vel agnos, vel porcellos, vel aliquam collectam faciat; et per visum et sacramentum duodecim regardorum quando facient regardum tot forestarii ponantur ad forestas custodiendas quot ad illas custodiendas rationabiliter viderint sufficere.

Nullum suanemotum de cetero teneatur in regno nos-

tro nisi ter in anno; videlicet in principio quindecim
f. 32 b. dierum ante festum Sancti Michaelis quando agistatores conveniunt ad agistandum dominicos boscos nostros; et circa festum Sancti Martini quando agistatores nostri debent recipere pannagium nostrum; et ad ista duo suanemota convenient forestarii et viridarii et agistatores et nullus alius per districtionem; et tertium suanemotum teneatur in initio quindecim dierum ante festum Sancti Johannis Baptistæ pro feonatione bestiarum nostrarum, et ad istud suanemotum conveniant forestarii, viridarii, et non alii per districtionem. Et præterea singulis quadraginta diebus per totum annum convenient viridarii et forestarii ad videndum attachiamenta de foresta, tam de viridi, quam de venatione, per præsentationem ipsorum forestariorum, et coram ipsis attachiatis.

Prædicta autem suanemota non teneantur nisi in comitatibus in quibus teneri consueverunt. Unusquisque liber homo agistet boscum suum in foresta pro voluntate sua, et habeat pannagium suum.

Concedimus etiam quod unusquisque liber homo possit ducere porcos suos per dominicum boscum nostrum libere et sine impedimento ad agistandum eos in boscis suis propriis, vel aliis, ubi voluerit Et si porci alicujus liberi hominis una nocte pernoctaverint in foresta nostra, non inde occasionetur ita quod aliquid de suo perdat.

Nullus de cetero amittat vitam vel menbra pro venatione nostra; sed si aliquis captus fuerit et convictus de captione venationis graviter redimatur, si habeat unde redimi possit.

Et si non habeat unde redimi possit, jaceat in prisona nostra per unum annum et unum diem. Et si post unum annum et unum diem plegios invenire possit, exeat a prisona, sin autem abjuret regnum nostrum Angliæ.

Quicunque archiepiscopus, episcopus, comes, vel baro

transierit per forestam nostram, liceat ei capere unam vel duas bestias per visum forestarii si præsens fuerit; sin autem, faciat cornari ne videatur furtive hoc facere.

Unusquisque liber homo de cetero sine occasione faciat in bosco suo, vel in terra sua quam habet in foresta, molendinum, vivarium, stagnum, marleram, fossatum vel terram arabilem extra coopertum in terra arabili; ita quod non sit ad nocumentum alicujus f. 33.
vicini.

Unusquisque liber homo habeat in bosco suo aerias accipitrum, vel spervariorum, falconum vel aquilarum et de heirinis. Et habeant similiter mel cum inventum fuerit in boscis suis.

Nullus forestarius de cetero, qui non sit forestarius de feudo reddens firmam nobis pro balliva sua, capiat cheminagium aliquod in balliva sua.

Forestarius vero de feodo firmam reddens nobis pro balliva sua capiat cheminagium, scilicet pro carecta per dimidium annum duos denarios, et per alium dimidium annum duos denarios. Et pro equo qui portat summagium, unum obolum per dimidium annum, et per alium dimidium annum unum obolum; et non nisi de illis qui de extra ballivam suam tanquam mercatores veniunt in ballivam ad buscam, maeremium, corticem vel carbonem ementes,[1] et alia ducenda vel vendenda ubi voluerint. Et de nulla carecta alia vel summagio alio cheminagium capiatur. Et non capiatur cheminagium nisi in locis ubi antiquitus capi solebat et debuit. Illi autem qui portant super dorsum suum buscam, corticem vel carbonem ad vendendum, quamvis inde vivant, nullum de cetero dent cheminagium. De boscis autem aliorum nullum detur cheminagium forestariis nostris, præterquam de dominicis boscis.

Omnes utlagati pro foresta tantum a tempore H. regis, avi nostri, usque ad primam coronationem nos-

---

[1] Sic in MS.

tram, veniant ad pacem nostram sine impedimento, et salvos plegios inveniant quod de cetero non forisfacient nobis de foresta nostra.

Nullus castellanus vel alius teneat placita de foresta, sive de viridi, sive de venatione; sed quilibet forestarius de feodo attachiet placita de foresta, tam de viridi, quam de venatione, et ea præsentet viridariis provinciarum. Et cum irrotulata fuerint sub sigillo viridariorum inclusa, præsententur capitali forestario cum in partes illas venerit ad tenendum placita forestæ, et coram eo terminentur. Has autem libertates concessimus omnibus, salvis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus comitibus, baronibus, militibus, et aliis, tam personis f. 33 b. ecclesiasticis quam secularibus, Templariis et Hospitalibus, libertatibus et liberis consuetudinibus in forestis et extra, in warrenis et aliis, quas prius habuerunt.

Cap. III.

Carta ejusdem regis de sectis et aliis articulis in eadem contentis.

Carta de Sectis of Henry III.

H. Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ et dux Aquitanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, militibus, liberis hominibus, et omnibus aliis com. Devon. salutem. Cum ad reformationem et meliorationem regni nostri provisiones et constitutiones subtus scriptas per vicecomites nostros singulorum comitatuum nostrorum per Angliam publicari, et per totum regnum nostrum firmiter observari, præceptum erat, eædem provisiones et constitutiones occasione turbationis nuper habitæ in regno ipso nondum fuerint observatæ, nos eas iterato præsentibus duximus inserendas, et per totum regnum nostrum prædictum publicandas sub hac forma.

De sectis faciendis ad curias magnatum et aliorum dominorum ipsarum curiarum, de cetero sic observan-

dum est, quod scilicet nullus qui per cartam feofatus est distringatur de cetero ad sectam faciendam ad curiam domini sui, nisi per formam cartæ suæ specialiter teneatur ad sectam illam faciendam; hiis tamen exceptis quorum antecessores vel ipsimet hujusmodi sectam facere consueverunt ante primam transfretationem nostram in Britanniam, a tempore cujus transfretationis nostræ elapsi fuerint triginta duo anni et dimidium tempore quo hæc constitutio facta fuit. Et similiter nullus feofatus sine carta a tempore Conquestus, vel alio antiquo feofamento, distringatur ad hujusmodi sectam faciendam, nisi ipse et antecessores sui eam facere consueverint ante primam transfretationem nostram prædictam in Britanniam.

Et si hereditas aliqua, de qua tantum una secta debeatur, ad plures heredes participes ejusdem hereditatis devolverit, ille qui habet einesciam hereditatis illius unicam faciat sectam, pro se et pro partibus suis, et alii participes sui pro portione suo contribuant ad sectam illam faciendam. Similiter etiam si plures feofati fuerint f. 34.
ex aliqua hereditate de qua unica secta debeatur, dominus feodi illius unicam tantum sectam inde habeat, nec possit de prædicta hereditate nisi unicam sectam exigere, sicut prius fieri consuevit.

Et si feofati illi warentum vel medium non habeant qui eos inde aquietare debeat, tunc omnes feofati contribuant pro portione sua ad sectam illam faciendam. Si autem contingat quod domini curiarum tenentes suos contra hanc provisionem pro hujusmodi secta distringant, tunc ad querimoniam tenentium illorum attachientur quod ad curiam nostram veniant ad brevem diem inde responsuri, et unicum habeant essonium, si fuerint in regno, et in continenti deliberentur averia conquerenti, sive aliæ districtiones hac occasione factæ, et deliberata remaneant donec placitum inde inter eos terminetur. Et si domini curiarum qui districtionem hujusmodi feeerint, ad diem ad quem attachiati fuerint non venerint, vel diem per essonium sibi datum non

observaverint, tunc mandetur vicecomiti quod eos ad diem alium venire faciat; ad quem diem si non venerint mandetur vicecomiti quod distringat eos per omnia quæ habent in balliva sua, ita quod vicecomes nobis respondeat de exitibus, et quod habeat eorum corpora ad certum diem præfigendum; ita quod si die illa non venerit pars conquerens eat inde sine die, et averia sive aliæ districtiones deliberata remaneant, donec ipsi domini sectam illam recuperaverint per considerationem curiæ nostræ; et cessent interim districtiones hujusmodi, salvo dominis curiarum jure suo de sectis illis perquirendis in forma juris, cum inde loqui voluerint. Et cum domini curiarum venerint responsuri conquerentibus de hujusmodi districtionibus [et] super hoc convincantur, tunc per considerationem curiæ recuperent versus eos conquerentes dampna sua quæ sustinuerunt occasione districtionis prædictæ. Simili autem modo si tenentes post hanc constitutionem subtrahant dominis suis sectas quas facere debent, et quas ante tempus prædictæ transfretationis et hactenus facere consueverunt, per eandem justiciam et celeritatem, quoad dies præfigendos et districtiones adjudicandas, consequantur domini curiarum justiciam de sectis illis, una cum dampnis suis,
f. 34 b. quoad tenentes dampna recuperant; et hoc scilicet de dampnis recuperandis intelligatur de subtractionibus sibi factis, et non de subtractionibus factis de predecessoribus ipsorum. Verumptamen domini curiarum versus tenentes suos seysinam de sectis hujusmodi recuperare non poterunt per defaltam, sicut nec hactenus fieri consuevit.

De sectis autem [quæ] ante tempus supradictum subtractæ fuerint currat lex communis, sicut prius currere consuevit.

De turnis vicecomitis provisum est ut necesse non habeant ibi venire episcopi, abbates, priores, comites, barones, nec archiepiscopi, nec aliqui religiosi viri, seu mulieres, nisi eorum præsentia specialiter exigatur; sed teneatur turnus sicut temporibus prædecessorum nostrorum teneri consuevit. Et si qui in hundredis di-

versis habeant tenementa, non necesse ad hujusmodi turnos venire, nisi in ballivis ubi fuerint conversantes; et teneantur turni secundum formam magnæ cartæ nostræ, et sicut temporibus Johannis et Ricardi regum teneri consueverunt.

Provisum est etiam quod nec itinere justiciariorum, nec in comitatu hundredorum, nec in curia baronum, de cetero ab aliquibus recipiantur fines pro pulchre placitando, neque sic quod non occasionantur. Et sciendum est quod per istam constitutionem non tolluntur fines seu præstationes arrentatæ a tempore quo post transfretavimus in Britanniam usque nunc.

In placito vero dotis, quod dicitur, nichil habet; dentur de cetero quatuor dies per annum ad minus, et plures si commode fieri possit, ita quod habeantur sex dies per annum, vel quinque ad minus.

In *Assysa ultimæ præsentationis*, et in placito *Quare impedit*, de ecclesiis vacantibus, de die[1] [in diem] de quindena in quindenam, vel de tribus septimanis in tres septimanas, prout locus propinquus fuerit vel remotus; et in placito *Quare impedit*, si ad primum diem, ad quem summonitus fuerit non veniat, nec essonium mittat, impeditor tunc attachietur ad diem alium, quo die si non venerit, nec essonium mittat, distringatur per magnam districtionem superius dictam; et si tunc non venerit per ejus defaltam scribatur episcopo; quæ reclamatio impeditoris illa vice conquerenti non obsistat, salvo impeditori alias jure suo cum inde loqui voluerit. Eadem lex de attachiamentis faciendis in omnibus brevibus, ubi attachiamenta jacent, de cetero quoad districtiones f. 35.
firmiter observetur; ita tamen quod secundum attachiamentum sit per meliores pleggios, et postmodum ultima districtio. Et sciendum quod postquam aliquis posuerit se in inquisitionem aliquam, quæ emergit, vel quæ emergere possit, in hujusmodi brevibus, non habebit nisi unicum essonium vel unicam defaltam, ita

[1] Dies in MS.

scilicet quod si ad diem sibi datum per essonium suum non venerit, aut secundam defaltam fecerit, tunc inquisitio illa per defaltam ipsius capiatur, et secundum inquisitionem illam ad judicium producatur. Si vero inquisitio illa capta fuerit in comitatu coram coronatoribus vel justiciariis nostris, ad certum diem remittenda, vel pars recta non venerit ad diem illum, tunc propter defaltam ipsius assignetur ei per districtionem justiciarii alius dies, et mandetur vicecomiti quod ad diem illum faciat ipsum venire, ad audiendum judicium suum, si velit, secundum inquisitionem illam; ad quem diem si non venerit procedat ad judicium per defaltam suam. Eodem modo fiet si non venerit ad diem sibi datum per essonium suum.

De cartis vero exceptionis et libertatis, ne ponantur impetrantes in assisis juratis vel recognitionibus aliquibus, provisum est, ut si adeo necessarium sit eorum juramentum quod sine eo justicia exhiberi non possit, veluti in magna assisa in perambulationibus, et ubi in cartis vel in scriptis conventionum fuerint testes nominati, aut in atteinctis, vel aliis casibus consimilibus, jurare cogantur, salva sibi alias libertate et exceptione prædicta.

Nulli de cetero liceat ex quacumque causa districtiones facere extra feodum suum, neque in regia communi strata, nisi nobis et ministris nostris.

Si heres aliquis post mortem sui antecessoris infra ætatem extiterit, et dominus suus custodiam terrarum habuerit, si dominus ille, cum ad legitimam ætatem venerit, dicto heredi, sine placito, terram suam reddere noluerit, heres ille terram suam ut *De morte antecessoris* recuperabit, una cum dampnis quæ sustinuit propter
f. 35 b. illam detentam, a tempore quo fuerit legitimæ ætatis.

Quod si heres aliquis in morte sui antecessoris plenæ fuerit ætatis, et heres ille apparens, et pro herede cognitus, inventus fuerit in hereditate illa, capitalis dominus ejus illum non eiciat, nec aliquid ibi capiat, vel ammoveat, set tantum simplicem seysinam inde faciat

pro recognitione dominii sui. Et si capitalis dominus heredem hujusmodi extra seysinam maliciose teneat, per quod per actionem mortis antecessoris vel consanguinitatis, opporteat ipsum placitare, tunc dampna sua recuperet in actione novæ disseysinæ.

Provisum est etiam quod si terra quæ tenetur in sokagio sit in custodia parentum heredis, eo quod heres ille infra ætatem exstiterit, custodes illi vastum non possunt facere, neque venditionem, neque aliquam distructionem de hereditate illa; sed salvo eam custodiant ad opus dicti heredis, ita quod cum ad ætatem pervenerit sibi respondeant per legitimam computationem de exitibus dictæ hereditatis, salvis ipsis custodibus rationabilibus misis suis; nec etiam possunt dicti custodes maritagium dicti heredis vendere, neque dare, nisi ad commodum dicti heredis.

Nullus escaetor, aut inquisitor, vel justiciarius, ad assysas aliquas capiendas specialiter assignatus, vel ad querelas aliquas audiendas et determinandas, de cetero potestatem habeat amerciandi pro defalta communis summonitionis, nisi capitalis justiciarius, vel justiciarii itinerantes, in itineribus suis.

De essonio autem provisum est quod in comitibus hundredorum, aut curiis baronum, vel alibi, nullus habeat necesse jurare pro essonio suo warantizando.

Nullus de cetero exceptis nobis ipsis placitum teneat de falso judicio in curia sua facto tenentium suorum, quia hujusmodi placita specialiter pertinent ad coronam et dignitatem nostram.

Provisum est etiam quod si averia alicujus capiantur et injuste detineantur, vicecomes post querimoniam sibi factam inde ea, sine impedimento vel contradictione, ejus qui dicta averia ceperit deliberare possit, si extra libertates fuerint capta; et si infra libertates hujusmodi averia capiantur et ballivi libertatum ea deliberare noluerint, tunc vicecomes pro defectu ipsorum f. 38.
ballivorum ea faciet deliberari.

Nullus de cetero distringere possit libere tenentes suos ad respondendum de libero tenemento suo, neque de aliquibus ad liberum tenementum suum spectantibus, neque jurare facere libere tenentes suos, contra voluntatem suam inde, sicut hoc nullus possit sine præcepto nostro.

Provisum est etiam quod si ballivi qui compotum dominis suis reddere debeant se subtraxerint, et terras vel tenementa non habuerint, per quæ distringi possint, tunc per eorum corpora attachientur, ita quod vicecomites, in quorum ballivis inveniunter, eos venire faciant ad compotum suum reddendum.

Item firmarii tempore suarum firmarum vastum, venditionem, seu exitium non faciant de boscis, domibus, hominibus, neque de aliquibus ad tenementa, quæ habent ad firmam, spectantibus, nisi specialem habeant conventionem per scripturam suæ conventionis mentionem habentis quod hæc facere possint. Et si fecerint et super hoc convincantur dampna plene refundant.

Justiciarii itinerantes de cetero non amercient villatas in itinere suo, pro eo quod singuli xii. annorum non venerunt coram vicecomite, vel coronatoribus, ad inquisitiones de morte hominis, aut aliis ad coronam spectantibus, dum tamen de villis illi veniant sufficienter per quos hujusmodi inquisitiones fieri plene possint.

Murdrum de cetero non adjudicetur coram justiciariis, ubi infortunium tantum adjudicatum est, sed habeat locum murdrum in interfectis per feloniam et non aliter.

Provisum est etiam quod nullus qui coram justiciariis itinerantibus vocatur ad warentum de placito terræ vel tenementi amercietur de cetero, pro eo quod præsens non fuerit quando vocatur ad warentum, excepto primo die adventus ipsorum justiciariorum. Sed si warentus ille sit infra comitatum, tunc injungatur vicecomiti quod ipsum infra tertium diem, vel quartum,

secundum locorum distantiam, faciat venire, sicut in itinere justiciariorum fieri consuevit. Et si extra comitatem maneat tunc rationabilem habeat summonitionem quindecim dierum, ad minus, secundum discretionem justiciariorum et legem communem.

Si clericus aliquis pro crimine aliquo, vel recto, quod ad coronam pertineat, arestatus fuerit, et postmodum de precepto nostro in ballium traditus, vel repleggiatus, exstiterit, ita quod hii quibus traditus fuit in ballium eum habeant coram justiciariis, non amercientur de cetero illi quibus traditus fuit in ballium, nec alii pleggii sui, si corpus suum habeant coram justiciariis, licet coram eis propter privilegium clericale nolit vel non possit respondere. f. 36 *b.*

Provisum est etiam quod si depredationes vel rapinæ aliquæ fiant abbatibus, vel aliis prælatis ecclesiasticis, et ipsi jus de hujusmodi depredationibus prosequentes morte præveniantur, ante quam inde justiciam fuerint assecuti, successores eorum actiones habeant,[1] bona ecclesiæ suæ recenter ante obitum prædecessorum suorum per hujusmodi violentiam fuerint subtracta, licet dicti predecessores jus suum prosecuti non fuerint in vita sua.

Si autem in terras vel tenementa hujusmodi religiosorum, de quibus ipsorum prelati obierunt seysiti, ut de jure ecclesiæ suæ, aliqui se intrudent tempore vacationis, eorum successores breve habeant recuperandæ seysinæ, et adjudicentur eis dampna, sicut in nova disseysina adjudicari consueverunt.

Provisum est etiam quod si alienationes illæ de quibus breve de ingressu dari consuevit, per tot gradus fiant, quod breve illud in forma prius usitata haberi non possit, habeat conquerens breve ad recuperandam seysinam suam sine mentione graduum ad cujuscunque manus per hujusmodi alienationes res illa devenerit, per originalia, per consilium nostrum inde providenda. Et quia nolumus quod aliquis sub observatione præmissorum de cetero se possit per ignorantiam excusare,

[1] Some omission is here; a defect not unusual with the scribe.

seu quod dictæ provisiones et constitutiones tantummodo verbales ab aliquibus ulterius reputentur, sed quod universa et singula prædicta opere compleantur, de consilio prelatorum et magnatum nostrorum precipimus, firmiter injungentes, quod eædem provisiones et constitutiones per vicecomites nostros de mense in men-
f. 37. sem in Comitatibus, Hundredis et Wapentachiis suis, et curiis Baronum publicentur, et ad utilitatem totius communitatis Angliæ de cetero firmiter observentur. Et si aliqui dictis provisionibus et constitutionibus contraire præsumpserint, volumus quod ipsi per vicecomites nostros prædictos, tanquam præcepti nostri contemptores, et earundem provisionum et constitutionum transgressores, graviter puniantur. Quod si dicti vicecomites ad hoc non sufficiant, tunc nomina eorum nobis scire faciant, ut ipsos et præfatos vicecomites, si in præmissis negligentes fuerint et remissi, puniri faciamus, pro ut de jure fuerit faciendum. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Wygorn. Anno regni nostri quadragesimo nono. Quarto decimo die Decembris.

Cap. IV.

Ceo est le Bruth de Reys de Engletere pus la uenue Brut.

History of England from Le Brut.

Deuant la natiuite nostre Seygnur mil e deus cenz anz, Bruth le fiz Silue vint en Engletere, et si fist la uile de Lundres. Eborac le sime roi apres Bruth fist Euerwyk, e Aldud, le Chastel de Puceles, e le Chastel del Munt Dolerus. E puis Hudibras, le fiz Eborac, fist Canterbery e Wyncestre. Apres celui Baldud fist Ba e les chaut baynes. Apres lui Leyr fist Leyrcestre. Apres celui Belinus le fiz Duneual fist quatre reaus chemyns par Engletere; un fist de Toteneys dekes Cateneys, le autre fist de Seint David entrauers dekes al port Hamoneys, e les autre deus en belif[1] la tere. I cist roys Belinus prist France, e Lumbardie, e Rome.

---

[1] *belif, velif?* round.

Apres luy regna Cassibalaunt, si en jeta Juyle Cesar hors de Engletere deu feiz; mes la terce feiz fu Cassebalaunt[1] vencu, si dona trewage a Rome, treys mile liures de argent par an. Cest fu deuant la natiuite nostre Seygneur quaraunte deus anz. En i cest contemple nasquit nostre Seygneur.

E apres la passiun Ihesu Crist vint e deus anz, Teleophor la pape establist a chaunter en eglise, *Gloria in excelsis Deo.*

Apres celui Lucy li rois de Bretons rescut la Crestiente en Engletere del apostoile Eleutherie, e tute Engletere fust fete Crestiene. I cist rois Lucy fist fere treis Erceueskes e vint e vit Eueskes. Cest fu deuant Augustin quatre cenz e quarante e sis aunz. Apres cest Dioclicien fist graunt de la Crestiente. En cest contemple Seint Auban fust martirize. f. 37 *b.*

En cel tens Vortigerne li rois requi li genz e len jeta hors de Engletere. Apres i cest vint Gormund li rois de Aufrike e en destruit pres tute la Crestiente e tutes les eglises. I dunc perdirent les Bretuns la seignorie de Engletere.

Apres i cest mult grant tens fust Engletere de partie en cink a cink rois; li uns avoit Kent, li autre Westsexe, li terz Merchériche, li quart Northumbrelond, li quint Estengle.

Li rois di Kent regna sulement en Kent; si avoit en sa tere le Erceueske de Canterberi e le eueske de Rouecestre.

Li rois de Westsexe avoit Wiltescyre, e Barwescyre, et Dorcestrescyre, e Suthsex, e Suhamptonescyre, e Sureie, e Sumerseteschyre, e Deuenescyre, e Corwaille.[2] Si avoit en sa tere cink eueskes, le eueske de Salesburi, ke dunc fu a Scyreburne, e cele ke ore est a Cestre, e cele de Wincestre, e cele de Ba, ke dunkes fu a Welles; e cele de Excestre, ke dunkes fu parti en deus; li un fu a Chertidone, e li autre a Sein Germain en Cornwaylle.

[1] Sic.

[2] Sic.

Li rois de Mercheriche avoit Gloucestrescyre, Wyrecestrescyre, Warewikscyre, Cestrescyre, Derbyscyre, Stefordscyre, Sloppesberiscyre, Bukinghamscyre, Herefordscyre, Huntindonescyre, demy Bedefordscyre, Norhamptonescyre, Leycestrescyre, Lincolnescyre, Notinkhamscyre. Si avoit quatre eueskes en sa tere, celui de Nichole,[1] e de Cestre, e de Hereford, e de Wincestre.

Li rois de Estengle avoit Cautebregescyre, Norhfolke, Suthfolke, Estsexe, e demy Bedefordscyre. Si avoit en sa tere le eueske de Lundres, de Ely, e de Norwiz.

f. 38. Li rois de Northumbrelond auoit tutes les teres utre Humbre, dekes en Escoce. Si avoit en sa tere le Erceueske de Ewerwik, e le Eueske de Dureaume; e issi fu Engletere lungement partie.

Apres la venue des Engleis se entrequerent les rois souent, e li uns tolirent as autres souent; li plus fort a li plus feble; dekes al tens Elbrith le fiz Eadmund, prudhomme mult en Deu e al secle, nee e nurri en Westsexe, e puis en France. I cestui fu le premer rois ke out Engletere tute ensemble. Li auant dist Elbrith comensa a estre pruz e uailant. De ceo out grant enuie li rois Britherik de Westsexe. Si duta en auant ke Elbrith li coudreit sun regne, si fust mult encur pur luy occyre. Mes Elbrith se aparcut si se enfuist en France. La aprist il hardiement e curtesie e afeytement. En cel tens regna Charlemayne le Grant en France. Si regna quarante cink anz. Ileoc demura Elbrith dekes Britherik murust. E puis les baruns de Westsexe eueerent pur Elbrith. Si cunquist tute Engletere. Apres sa uenue si demurra vint e vit anz. Si murust e gist a Wincestre.

Apres Elbrith si rescut le reaume Ethewik sun fiz prudhome en Deu, e poi uaillant al secle; pur ceo tint sulement Westsexe. Si fist un prudome rois de Mercheriche si lui dona sa fille, vailant homme mult, Britredh out noun. Tute sa tere autre dona a sun autre fiz Ethelstan, puis si dona la demy hyde a Dampnedeu e a seynte eglise franche e quite de tuz

[1] Sic [Lincoln].

seculers services pur vestir e pestre les poveres. Puis dona a Deu, e a seinte eglise, e a Seint Pere, un dener de Chescune mesun de Engletere, ke len apele le dener Seyn Pere. Cestui fu le premer ki dona le dener Seint Pere, si dona treis cenz besaunz a Rome; li un cenz a luminarie Seyn Pere; li autre cenz a Sein Poul, li tierz cenz a al Apostoile.

E cil Ethewik demura a Rome un an; puis si vint vers meysun par France si prist damoysele Judith la fille Charlemayne le Chauf.

Duze anz vesquit apres. Si murust e gist a Wincestre. Icil Ethewik auoit quatre fiz, li quint fu mort. f. 38 *b*.
Li eyne fiz fu Ethelstan, ke nus nomaines avant; li autre fu Athebaud; le tierz fu Ethelbrizt; li quart fu Alwred; li quint fu apele Athelred.

Athebaud e Athelbrizt partirent le regne entre eus deus, mes Athebaud ne uesquit ke cinc anz. Si out Ethelbrizt tute la tere, mes il ne uesquit ke autre cink anz.

Apres lui Athelred tint le regne, prudome en Deu, e mult uaillant al secle, mes li Daneys le hasterent taunt ke neof fiez en un an, li rendirent bataile champete, mes relement fu uencu, e souent uenqui. Si lur occist cink cuntes, e un roi, e people sanz numbre. Mes la bataile de Ethelbrizt ne fet mie a umblier ke il fist un autre fiez en cuntre le roys Oseth de Danemarche, ke uint o cink cuntes, e o un roy, e o host merueilus. Ethelred uint en cuntre e sun frere Alwred od lui si cumbatirent ferement dekes a la nuit. Len demayn li roy oy sa messe matin; si ne uoleit de ileoc partir dekes il out oy sun servise pur nul home Kar Alwred sun frere, e sa gent, aveint commence par vn matin la bataile folement, si furent pur poy uencu, si maunderent souent pur Ethelred ke fu a la messe. Si cume il auoit tut oy sa messe o bone deuociun si uint a la bataile; e Deu le fist ileoc si grant honur ke il uenquit ses enemis. Si occist le roy Oseth, e cinc cuntes, e grant people. Apres ceste bataile si uesquit cink anz. Si murust e gist a Wymburne.

Apres lui recut Alwred, sun frere, le regne, home

pruz e sage. Icil Alwred fist les leys en Engletere. Si rescut la corune del apostoile. Si fu corune a Rome. Si tint le regne vint e vit anz e demy, a grant trauail. Si murust e gist a Wincestre. Cist Alwred demena estrange vie, si uus durai breuement. Les vint e quatre oures ke sunt entre nuit e jour parti il en treis. Les vyt oures despendi en escriure, e lyre, e orer; les vyt en sun cors reposer; les vyt a parler del regne e purver. Si auoit un home en sa chapele ke serui de cel mester,
f. 39. ke par treys bele chandeles departi les vint e quatre oures. Si fist arder la premere chandele dekes les vyt oures furent passe, e issi fist des autres de oure en oure a fere sun purpos. Uncore fist plus cil Alwred. Il dona de sun dreit purchaz a poueres abbeyes. Si departi ses rentes en deus. La une meytie parti il en treis. La vne partie dona a ceus ke li seruirent en sa curt; la autre partie a ceus ke fesoyent ces ouer-aygnes; la terce a poueres estranges. La autre meyte parti en quatre. La une partie dona a poueres de sa tere; la autre a poueres mesuns; la terce a poueres clers, la quarte a poueres eglises de utremer. Ceo fist li rois Alwred tut le tens de sa vie.

Apres lui receut Edward sun fiz le regne. Icist avoit tut Engletere; mult fu prudome e sage pur sun regne garder e goveruer. Vnkes ne vint en bataile ke il ne uenquit. Pur ceo ne oserent Daneys venir en sun tens en Engletere pur mal fere. Icist Edward auoit quatorze enfaunz de treis femmes, cink fiz e neof filles; les treis filles se tinderent en religiun; la une fu apele Eilfled, e la autre Seint Eldrich, e la terce Seint Ethelburch. Cist Edward auoit une sorur ke fu apele Eilfleth *hundenes lauedi.*[1] I ceste dame ayda mult de grant senz sun frere Edward al regne gouerner. Alwred sun pere auoit done ceste dame al cunte Ethelred prudome mult. Dunt ceste auoit un enfaunt par un couenant, ke unkes puis ne uoleit sun seygnur apreocer. Einz dist ke fille de roi ne deuoit auer tel delit dunt e le tele anguse suffreit.

[1] Sic.

Cist Edward regna vint e quatre aunz. Si murust e gist a Wincestre. La rescut Ethelstan le regne, apres lui le plus beal bacheler e le meillur ke pout estre. Icist Ethelstan tint Engletere meus ke unkes roy ne fist devant lui. Si uenquit tuz les rois de Wales, si mist truwe sur eus, si ke len li rendi chescun an de Norwales vint liures de or, e treis cenz liures de argent, e cink mile vaches. La renumee de cest roy Ethelstan fu espandue par sa genterise, par tutes teres. Il avoit une sorur, Hilde out noun. Ceo fu la plus bele femme f. 39 *b.*
ke unkes fu ueowe en cel tens. Si le oy dire li roys de France si enuoaz ces messagers pur ceste dame al roy Ethelstan. Il envea le Cunte de Babiloygne Aldulf, ki fu le fiz Baudewin, le cunte de Flaundres, e le neueou Alwred le sage. I cist Aldulf trouua le roy Ethelstan a Abendone; bel le salva; si li demaunda sa sorur al eous li roys de France. Puis lui presenta le espee Constantin le emperere. Le escauberge de le espee fu de fin or; si fu enclos de denz un de clous nostre Seygnur. Si li presenta la launce Charlemayne, ke il soleit porter en cuntre les Sarazins. Si diseit len ke ceo fu la launce dunt nostre Seygnur fu feru en la croiz. Si li presenta le gunfaynun Seint Morice, ke il soleit porter devant la Seinte Legiun. Si li presenta une partie de la verroye croiz enclos en un cristal, e une corune reale de or fin. Mult i avoit enz preciuse peres, e une partie des espines dunt nostre Seygnur fu corune. Ethelstan se esbai mult de ces riche presenz. Si envea al roy Hugun sa sorur ke la avoit taunt desire od riche douns, e od riche presenz. Sech anz tint Athelstan le regne noblement. Si murust e gist a Malmesbury.

Apres lui tint Eadmund sun fiz le regne, pruz e vaillaunt, e ieouene bacheler. Sis anz e demy le tint; puis vint a Caunterbery a une feste Seint Augustin, cum len ala al manger. Si esgarda li rois par la mesun, si vist un larun deguise entre la gent ke einz fust utlawe. Si saut li rois, si le prent par les tem-

ples, si le jetta a tere; e il saka une misericorde, ke il avoit; si fert le roy parmy le quer. Illeoc murust li roys; e li autre sailirent e occirent le larun; mes il einz nauera plusurs. Le cors le roy fust porte a Glastingebery.

Apres lui rescut Ethelred, sun fiz, le regne, prudome mult, e seint. Neof anz e demi regna; puis murust e gist a Wincestre.

f. 40. Apres luy rescust le regne Edwine, le fiz Eadmund, mult beal Bacheler, mes mult fu fol de sun cors. Kar le jour ke il fu corune si tolist a un produme sa femme epuse, pur sa beaute, ke sa cosine precheyne esteoit. Si guerra mult seinte eglise e les ordinez Deu. Quatre anz regnaz. Si murust e gist a Wyncestre.

Apres luy resceut Edgar le fiz Eadmund le regne, frere Edwyne jeofne enfaunt de sech anz, de grant bunte, e de grant valur; mult ame de Deu e de bone gent. A cele houre ke cist Edgar nasquit, Seint Dunestan oyt les angles chaunter, e dire en lur chaunt: *Pes seit en tere taunt cum cesti regnera, e nostre Dunestan vivera.* E issi avint, kar asez auaunt ke cesti regna, e puys apres, ne i avoit si bone pes, ne si grant plente de tuz bienz, ke unkes puys ni auoit taunt. Ceo fust la verite. Unkes puys plus dreyturel roy, ne fu ne ke plus seinte vie demena. Kar, si riche ne fust nuls home, ke si il trespassez la ley ke il ne comperust sulum sun mesfest. Robeur, ne larun, ne fu nul, en sun tens, weres; kar il enfesoit fere justice. Coment esparnireyt il home mesfesaunt ke il ne preist veniaunce, kant il de beste salvage ke mesfeoit fist justice. Kar il comanda a un roi de Wales, sur sa fey, ke a luy deuoit ke chescun an rendist de truwe de sa tere treis cenz luz. Si luy rendi treis anz, al quart ne trova nul, si fust par taunt quites. Sech anz regnaz. Ne fu nul an ke il ne fist auchune grant chose, o novele abbeye, o novele eglise, o encrust rentes de poveres abbeyes, al honur de Deu. Nuls home ne pout ne ne sauoit par dreyt dunt il le porreit blamer,

fors sulement de treis choses. Ceo fust de Cunte Ethewy, e del cunte de Andewre, e de la Noneyne, ke il prist od force de sa abbeye pur sa beaute; mes trop i aueroit a dire. Trestut le amenda en sa vie, par la uolunte e le encensement Seint Dunestan. Si demena seinte vie puys. Ceo luy mustra Deus apres sa mort. Kar cum il auoit jeu en tere setaunce e sech anz, si li voleit li abbes Edward de Glastringebury remuer de la ou il just, e mestre le ayllurs. Si trouerent le cors ausi enter e freis cum il fu le jour ke il i fu mis. Sicume il voleint honorablement le lever, e metre en une pere, ki li abbes auoit fet a pariler, si fu la pere trop petite de asez. E li abbes fist trenchier les membres, e li sank saut cume ceo fust de home vif. E li abbes ki ceo fist perdi sun sen si chay kele col li brusa. Puys si mistrent le cors en fertre, e iloec tantost garist un forsane, e un orb rescut la veouwe. f. 40 *b*.

Apres luy resceut Edward, sun fiz, le regne, jofne vallet e sages, mes il ne regna ke treis anz e demy, kar Elfeld, sa marastre, li fist occire par tresun, pur fere sun fiz Ethelred roy. E issi fist; kar il fu corune a neyre apres luy.

Si regna trente e sis anz, mes a grant hunte e cheitiuite; kar il ni auoit pes en Engletere fors taunt cume Seint Dunestan vesquit. Puys uindrent Daneys en la tere chescun an, par la tresun le cunte de Sloppescyre, e de Herefordscyre, e de Wyrecestrescyre. Li roys crut cestuy cunte, e il maunda tuz jours a Daneys li cunseils li roys, e les privitez. Ceo fu le plus feus home ke fust en Engletere. Ceo luy mustra Deu a la parfin sicun dirroy apres. Li roys Ethelred murust entre tant. Si gist a Lundres a Seint Poul. Dunkes firent li Engleys Edmund Roys li fiz Ethelred bastard.

Cist Edmund fust apele Irenesyde pur sa grant pruwesse. En cel estee apres vint Cnuth, li roys de Danemarke, od grant nauie en Engletere, mes Edmund le uenquit une fiez, e illuy une autre fiez. Tant ke il se acorderent par la tresun Edriz; si partirent Engle-

tere. E Edmund murust par la tresun Edriz ala Seint Andreu, e gist a Glastingebery.

Dunkes tint Cnuth tute Engletere, prudome en Deu. Entre itaunt vindrent deus ke auoyent tray Edmund par lenticement Edriz, pur le roys Cnuth si conustrent ke li auoyent murdri le roys Edmund pur la sue amour. Si quidoent auer granz douns. Mes li roys fist come prudome. Si lur fist conustre deuaunt tut sun barnage de Engletere lur felonie. Si les fist tantost murir de malemort. Puys si munta un
f. 41. estrif entre le roy Cnuth e le cunte Edriz le traytre en un haut soler sur Tamyse a Lundres, taunt ke Edriz dist: "Jeo werpi mun naturel seygnur pur ws, "si le fis occire pur deliverer le regne a uostre oes." Si luy reproua cum ceo fist amiablement. Mes li roys se curesa aguisusement, si dist: "Mal enparlastes, Edriz, kar par dreit jugement en deuiez murir; "quant celuy occistes ke fu uostre seygnur naturel, "e de ceo estes reconisaunt." Ileoc aueyre li fist li roys lier piez e poynz sanz noyse, e gettre le cors parmy une fenestre en Tamyse; ileokes perist.

Apres Cnuth regnaz Harold sun fiz. Si regna quatorze anz e quatres; meys si murust, e gist a Wyncestre.

Apres luy fu roy Hardeknuth, le fiz Cnuth, ke il engendera de Emme la Franceyse. Cil regna duze anz e dis jours. Si murust a un beverie ala marche de jouste Loundres, e gist a Wyncestre jouste sun pere.

Apres luy fu Seint Edward roys, le fiz Ethelred, prudome e seint. Si regna vint e quatre anz. Si murust e gist a Wemuster.

Apres luy fu Harold roys, le fiz Godwine. Si regna neof meys.

Dunkes uint Willame Bastard. Si tolist a Harold sa vie, e tint le regne. Cesti Harold gist a Waltham. Li roys Willame regnaz vint e un an. Si murust e gist a Cain en Normendie.

Apres luy fu Roys Willame le rous. Si fu berse a

la Neofe Foreste, e murust, e gist a Wincestre. Cist regna vint e deus aunz.

Apres luy fu roy Henri sun frere. Si regna trente e sis anz. Si gist a Radinges.

Apres luy fu roy Estevene. Si regna dis e neof anz. Si gist a Feversham.

Apres luy regna Henri le Secund trente e sis anz. Si gist a Fontayne Elfred.[1]

Li roy Richard regna apres luy dis anz e demy. Si fu trech de un quarel de areblaste al Castel Gaylard. Si murust, e gist a Fontayne, jouste sun pere.

Apres luy regna le roy Johan, sun frere, en ki tens Engletere fu entredite. E apres grant guerre, si regna dis e sech anz, e puys fu apoysone.

Apres luy regna Henri le tierz sun fiz; en ki tens fu grant guerre a Leawes e a Eversham; si regna cinquante e deus anz.

Apres luy regne sun fiz le roy Edward.

§

Provisiones de Mertone.

Concessum est in curia domini regis, apud Mertone, anno Regis Henrici vicesimo, de viduis primo quæ post mortem virorum suorum expelluntur a dotibus suis, vel dotes suas et carentenam sine placito habere non possunt: videlicet quicunque [2] viduas deforciat dotes et carentenam suam de tenementis quibus viri sui obierunt seysiti, et ipsæ postea per placitum recuperaverint, ipsi deforciatores qui convicti fuerint reddant eisdem viduis dampna sua; sc. valorem totius dotis eas contingentis a tempore mortis virorum suorum, usque ad diem quo illæ viduæ per judicium curiæ domini regis seysinam recuperaverint; et ipsi deforciatores nihilominus [sint] in misericordia. Et quod omnes viduæ de

f. 41 *b*. The Provisions of Merton.

[1] Sic.

[2] Sometimes with a *u*, sometimes with a *v*; and so of other words.

cetero possint legare blada sua de dotibus suis in terra [et] tenementis quam alibi in terris suis, salvo servicio dominorum suorum, quæ de dotibus suis et aliis tenementis suis debentur dominis eisdem.

Item si quis fuerit disseysitus de libero tenemento suo, et coram justiciariis itinerantibus seysinam recuperaverit, per assisam Novæ Disseysinæ, seu per recognitionem ejusdem qui fecit disseysinam, et ipse disseysitus per vicecomitem seysinam suam habeat; Si idem disseysitor post itinerationem justiciariorum, vel interim,[1] eundem quærentem disseysiverit, et inde convictus fuerit de secunda disseysina, statim capietur et imprisonetur. Et hæc est forma qualiter tales convicti tractari debeant; videlicet, cum vicecomiti mandetur per conquerentis breve, quod habet, in quo continetur ejus narratio disseysinæ factæ super disseysinam, mandetur vicecomiti quod assumptis secum placitorum custodibus coronæ, et aliis legalibus militibus, in propria persona accedat ad tenementum illud, vel pasturam illam, de quibus facta est querela illa, et coram eis per primos juratores, et per alios legales homines de visneto, diligentem faciat inde inquisitionem. Et si ipsam interim[1] invenerit disseysinam, sicut prædictum est, faciet tunc provisionem prædictam; sin autem conquerens in misericordia.

Eodem modo de illis qui recuperaverunt seysinam
f. 42. suam per breve Mortis Antecessoris de omnibus terris et tenementis recuperatis per juratores in curia domini regis, si postea disseysitæ fuerint a prioribus deforciatoribus, versus quos recuperaverunt.

Quia multi magnates Angliæ qui feofaverunt milites et libere tenentes suos de parvis tenementis suis, in magnis maneriis suis, questi fuerunt quod commodum suum facere non possent de residuo maneriorum suorum, ut de vastis, boscis, purpresturis, et de pasturis suis communibus, de sicut omnes illi feofati sufficientem

---

[1] Sic.

possunt habere pasturam quantum pertinet ad tenementum suum, et quod habeant liberum ingressum et egressum de tenemento suo ad pasturam illam, tunc inde sint contenti; et illi de quibus conquesti fuerunt recedant quieti de hoc quod commodum suum de vastis, boscis, purpresturis, fecerint.

Si autem assisa dixerit quod sufficientem pasturam non habent, vel sufficientem ingressum et egressum, quantum pertinet ad tenementa sua, tunc veritas inquiratur per assisam. Et si assisa dixerit quod per eosdem deforciatores fuerit ingressus eorum vel impeditus, vel non sufficientem habeant pasturam in forma prædicta, tunc disseysitores in misericordia, et dampna disseysitores reddant. Si autem recognitum fuerit per assisam quod conquerentes sufficientem habent pasturam, cum libero et sufficienti ingressu et egressu etc., tunc conquerentes etc. Et ipsi domini licite faciant commodum suum de residuo.

Similiter provisum est, et a domino rege concessum, quod de cetero non currant usuræ contra aliquem infra ætatem existentem, a temporis mortis antecessoris sui, cujus heres ipse est, usque ad legitimam ætatem suam. Ita tamen quod propter hoc non remaneat solutio debiti principalis simul cum usuris ante mortem antecessoris sui, cujus heres ipse est, inde provenientibus.

De heredibus autem abductis, seu maritatis, aut detentis, ita provisum est, quod quicunque laicus inde convictus fuerit quod parvum sic maritaverit, reddat perdenti valorem maritagii, et pro delicto imprisonetur, quousque perdenti emendaverit, quod parvum sic maritaverit; et postea donec domino regi satisfecerit pro transgressione; et hoc fiat de herede infra quatuor- f. 42 *b.*
decim annos existente. De herede cum sit quatuordecim annorum, et ultra, usque ad plenam ætatem, si se maritaverit sine licentia domini sui, ut ei auferat maritagium suum, et dominus offerat ei maritagium rationabile, ubi non disparagetur, dominus suus teneat terram ejus ultra terminum ætatis suæ, sc.

viginti et unius anni, per tantum tempus quod inde percipere possit duplicem valorem maritagii secundum æstimationem legalium hominum, et secundum quod ei prius fuerit ablatum, sine fraude et malicia, et secundum quod in curia domini regis probari poterit. Et si ille qui in custodia domini est noluerit se maritare, non potest a domino suo compelli ad hoc faciendum. Sed cum ad plenam ætatem pervenerit, det domino suo, et satisfaciat ei, in tanto quantum percipere posset ab eodem maritagio.

De dominis qui illos maritaverunt quos habent in custodia, villanis, vel aliis, sicuti Burgensibus, ubi disparagerentur, si talis heres fuerit infra ætatem quatuordecim annorum, et talis ætatis quod non possit consentire, tunc si parentes ejus conquerantur, dominus ejus amittet custodiam usque ad ætatem heredis ; et omne commodum quod inde perceptum fuerit, secundum dispositionem et provisionem parentum querentium, in ipsius commodum convertatur, usque ad legitimam ætatem, contra dedecus ei factum. Si autem fuerit quatuordecim annorum et ultra, quod consentire poterit, et tali maritagio consenserit, nulla subseqatur pœna.

Si quis heres, cujuscunque ætatis fuerit, pro domino suo se noluerit maritare, non compellatur hoc facere. Sed cum ad ætatem pervenerit det domino suo, et satisfaciat ei, de tanto quantum dominus percipere possit pro maritagio, ante quam terram suam habeat ; et sive voluerit se maritare, sive non ; quia maritagium, ejus, qui infra ætatem est, mero jure pertinet ad dominum feodi.

De narratione descensus in brevi *De Recto* a tempore H. regis, avi nostri senis, provisum est quod de cetero non fiat mentio de tam longinquo tempore H. regis avi nostri, et locum habeat ista provisio a Pentecosten,[1]
f. 43. anno regni nostri vicesimo primo, et non ante. Et breve prius impetratum precedat brevia *Mortis Ante-*

[1] Sic.

cessoris. Et de nativis non excedant redditum domini regis Johannis de Hybernia in Angliam, et locum habeat ista provisio sicut prius.

Brevia novæ disseysinæ non excedunt transfretationem, H. regis, qui nunc est in Britannia.

Si quis liber homo intestatus discedat, tota bona sua per manus proximorum parentum, et aliorum amicorum suorum, similiter et per visum ecclesiæ, distribuantur.

Item pravæ consuetudines de forestis a vicecomite et ripariis emendentur, per duodecim legales milites, de quolibet comitatu, qui debent eligi per probos homines de comitatu.

§[1]

Cum dudum provisum fuisset quod viri religiosi feoda aliquorum non ingrederentur, sine licentia et voluntate capitalium dominorum suorum, de quibus feoda illa immediate tenentur; et viri religiosi postmodum nichilominus, tam feoda propria, quam aliorum, hactenus ingressi sunt, ea sibi appropriando et emendo, et aliquando ex dono illorum recipiendo, per quod servitia quæ hujusmodi feodis debentur, et quæ ad defensionem regni ab initio provisa fuerint, indebite subtrahuntur, et domini capitales eschaetas suas non admittunt: rex super hoc pro utilitate regni sui remedium congruum providere volens, de consilio prælatorum, comitum, et aliorum fidelium regni sui, de consilio ipsius regis existentium, providit, statuit, et ordinavit, quod nullus religiosus, aut alius quicumque, terras et tenementa aliqua emere vel vendere, vel sub colore donationis, aut termini, aut alterius tituli cujuscunque, ab aliquo recipere, aut alio quovis modo, arte vel ingenio, sibi appropriare præsumat, sub forisfactura, et eorum per quod ad manum mortuam terræ et tenementa hujusmodi deveniant quoquo modo. Providit etiam rex quod si quis religiosus, aut alius, contra præsens sta-

[1] Subsequent insertion.

tutum aliquo modo, arte vel ingenio, venire præsumpserit, liceat domino regi et aliis immediate capitalibus dominis feodi taliter alienati, illud infra annum a tempore alienationis hujusmodi ingredi, et tenere in feodo et hereditate. Et si capitalis dominus feodi immediatus negligens fuerit, et feodum hujusmodi ingredi
f 43 b. noluerit infra annum, tunc liceat proximo capitali domino feodi illius, infra dimidium annum sequentem feodum illud ingredi, et tenere, sicut prædictum est. Et si quis dominus mediatus, et si propinquior dominus, ingrediendo hujusmodi feodum negligens fuerit, ut prædictum est, et si omnes capitales domini hujusmodi feodi, qui plenæ ætatis fuerint, infra quatuor maria et extra prisonam, per unum annum negligentes vel remissi fuerint in hac parte, rex statim post annum completum, a tempore quo hujusmodi emptiones, donationes, aut alias appropriationes fieri contigerit, terras et tenementa hujusmodi capiet in manum suam, et alios inde feoffabit, pro certo servicio regi, inde ad defensionem regni faciendo, salvis capitalibus dominis feodorum illorum, wardis, eschaetis, et aliis ad ipsos pertinentibus, ac servitiis, inde debitis et consuetis.

§

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiras si sit ad dampnum vel prejudicium nostrum, aut aliorum, si concedamus Johanni Buckeskyn quod ipse centum acras terræ cum pertinentiis in Wexebrigge dare possit et assignare dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui Westmonasterii, habendum et tenendum sibi et successoribus suis in perpetuum, nec ne. Et si sit ad dampnum vel prejudicium nostrum, tunc ad quod dampnum et quod prejudicium. Et si sit ad dampnum vel prejudicium aliorum, tunc ad quod dampnum et quod prejudicium, et quorum, et qualiter, et quomodo, et de quo vel de quibus terra

[illa teneatur, et per quod servicium, et quantum terra illa valeat per annum in omnibus exitibus, et si] terræ et tenementa sibi remanentia, ultra donationem et assignationem prædictas, sufficiant ad consuetudines et servicia tam de prædictis terris datis quam retentis debita facienda, et ad omnia alia onera, quæ sustinuit et sustinere consuevit; ut in sectis, visibus franci plegii, auxiliis, tallagiis, finibus, redemptionibus, amerciamentis, contributionibus, et aliis quibuscunque omnibus emergentibus, sustinenda; et quod in assisis juratis et aliis recognitionibus quibuscunque poni possit, prout ante donationem prædictam fieri consuevit. Et ita quod patria per donationem prædictam, et ipsius Johannis defectum, magis solito non meretur vel gravetur, et inquisitionem, &c.

[*Statuta Regis Edwardi edita apud Westmon. in Parliamento suo post Pascha, anno regni sui tertio decimo.*] f. 44.

Cum nuper dominus rex in quindena Sancti Johannis Baptistæ, anno regni sui quinto,[1] convocatis prælatis, comitibus, baronibus, et consilio suo, apud Gloucestre, quia plures de regno suo exheredationem patiebantur, eo quod multis casibus ubi remedium apponi debuit prius non fuit per prædecessores suos, aut ipsum remedium provisum, quædam statuta populo suo necessaria et utilia edidit, per quæ populus suus Anglicanus et Hybernicus, sub suo regimine gubernatus, celeriorem justitiam quam prius in suis oppressionibus consecutus est; ac quidam casus, in quibus lex deficiebat, remanserunt non determinati; quædam etiam ad reprimendam oppressionem populi remanserunt statuenda, dominus rex in parliamento suo, post Pascha, anno regni sui tertio decimo, apud Westmonasterium multas oppressiones populi et legum defectus, ad suppletionem prædictorum statutorum, apud Gloucestre editorum, recitari fecit et [statuta] edidit, ut patet in sequenti.

The Statutes of Westminster, 13 Edw. I.

[1] Sic.

§ 1.

In primis de tenementis quæ multotiens dantur sub conditione, videlicet quando [quis] dat terram suam alicui viro et uxori ejus, et heredibus de ipso viro et muliere procreatis, adjecta conditione expressa tali, quod si hujusmodi vir et mulier sine herede de ipso viro et muliere procreato obiissent, terra sic data ad donatorem vel ejus heredem revertetur :

In casu etiam cum quis dat tenementum in liberum maritagium, quod dictam habet conditionem annexam, licet non exprimatur in carta doni, quæ talis est, quod si vir et mulier sine heredibus de se procreatis obierint, tenementum sic datum ad donatorem vel ad ejus heredem revertetur :

In casu etiam[1] cum quis dat tenementum alicui et heredibus de corpore suo exeuntibus, durum[2] videbatur et adhuc videtur heredibus donatorum,[3] quod voluntas
f. 44 b. ipsorum in donis suis expressa non prius fuit nec adhuc observata est ; in omnibus enim prædictis casibus post prolem suscitatam et exeuntem ab ipsis, quibus sic tenementum conditionaliter fuit datum, huc usque habuerunt feoffati potestatem alienandi tenementum sic datum, et exheredandi de tenementis exitum ipsorum, contra voluntatem donatoris et formam in dono suo expressam ; et præterea cum deficiente exitu de hujusmodi feoffatis, tenementum sic datum ad donatorem vel ad ejus heredem reverti debuit, per formam in carta de dono hoc expressam, licet exitus si quis fuit obiisset, per factum et feoffamentum ipsorum, quibus tenementum sic fuit datum sub conditione, exclusi fuerunt hucusque de reversione eorundem tenementorum, quod manifeste fuit contra formam doni sui :

Propter quod dominus rex perpendens quod necessarium et utile est in prædictis casibus apponere remedium, statuit quod voluntas donatoris, secundum formam in

---

[1] *enim* in MS.
[2] *diu* in MS.
[3] *heres donatoris* in MS.

carta doni sui manifeste expressam, de cetero observetur; ita quod non habeant illi, quibus sic tenementum datum fuit sub conditione, potestatem alienandi tenementum sic datum, quominus ad exitum illorum, quibus tenementum sic fuerit datum, remaneat post eorum obitum, vel ad donatorem, vel ad ejus heredem, si exitus deficiat per hoc quod nullus sit omnino, vel si aliquis fuerit, per mortem defi[ci]et, herede de corpore hujusmodi exitus deficiente.

Nec habeat de cetero secundus vir hujusmodi mulieris aliquid in tenemento, sic dato per conditionem, post mortem uxoris suæ, per legem Angliæ; nec exitus de secundo viro et muliere successionem heredaret; sed statim post mortem viri et mulieris, quibus tenementum sic fuit datum, post eorum obitum, [vel] ad eorum exitum, vel ad donatorem, vel ad ejus heredem, ut prædictum est, revertatur.

Et quia in novo casu novum remedium est apponendum fiat impetranti tale breve: *Præcipe A. quod juste, &c., reddat B. tale manerium cum pertinentiis quod C. dedit tali viro et mulieri et heredibus de ipso viro et muliere exeuntibus;* vel,

Quod C. dedit tali viro in liberum maritagium, f. 46.
cum tali muliere, et quod post mortem prædictorum, viri et mulieris prædictorum. A filio prædictorum viri et mulieris descendere debet per formam donationis, ut dicit; vel,

Quod C. dedit tali et heredibus de corpore suo exeuntibus, et quod post mortem ipsius talis prædicto B. filio prædicti talis, descendere debet per formam, &c.

Breve per quod donator habet recuperare, deficiente exitu, satis est in usu in Cancellario. Et sciendum quod hoc statutum quoad alienationem tenementorum contra formam doni imposterum faciendi locum habet, et ad dona prius facta non extenditur. Et si finis

---

[1] *Post* in MS.

super hujusmodi tenemento imposterum levetur, ipso jure [sit] nullus, nec habent heredes, aut[1] illi ad quos spectat reversio, licet plenæ fuerint ætatis, et in Anglia et extra prisonam, necessarie apponere clamorem suum.

§ 2.

Quia domini feodorum, distringentes tenentes suos pro servitio sibi debito, multotiens gravantur per hoc, quod cum tenentes sui districtionem suam per breve vel sine brevi replegiaverint, ac ipsi domini cum querimoniam tenentium suorum, ad comitatum vel ad [aliam] curiam habentem potestatem placitandi, de vetito namio, per attachiamentum venerint, et rationabilem et justam districtionem advocaverint, per hoc quod tenentes deadvocant nichil tenere, nec clamium tenere de eo qui[2] districtionem fecit et advocavit, remanet qui distrinxit in misericordia et tenentes sui quieti, quibus pro illa deadvocatione per recordum comitatus, sive aliarum curiarum quæ recordum non habent, pena infligi non potest:

De cetero provisum est et statutum quod cum hujusmodi domini in comitatu, vel hujusmodi curia, justitiam de hujusmodi tenentibus suis consequi non possint, quam cito attachiati fuerint ad sectam tenentium suorum, concedatur eis breve ad ponendum loquelam illam coram justiciariis, coram quibus justiciariis hujusmodi dominis exhiberi poterit, et non alibi. Et inseratur causa in brevi, quia talis distrinxit in feodo suo, pro servitiis et consuetudinibus sibi debitis: nec[3] per istud statutum derogatur legi communi usitatæ, quæ non
f. 45 *b*. permisit placitum aliquod poni coram justiciariis ad petitionem defendentis; quia licet prima facie videatur tenens actor, et dominus defendens, habito tamen re-

---

[1] *aud* MS.
[2] *quod* MS.
[3] *sed* MS.

spectu ad hoc, quod dominus distrinxit, et sequitur[1] pro servitiis et consuetudinibus sibi a retro existentibus, realiter apparebit actor, sive quærens, quam defendens. Et ut in certo sint justiciarii de qua recenti seisina poterunt domini advocare rationabilem districtionem super tenentes suos, de cetero concordatum est quod rationabilis districtio advocari poterit de seisina antecessorum vel prædecessorum suorum, a tempore quo breve novæ disseisinæ currit.

Et quia contingit aliquando quod cum tenens postquam replegiaverit averia sua, averia illa vendit et elongat, quominus returnum fieri possit domino distringenti, si adjudicetur: provisum est quod vicecomites aut ballivi de cetero non recipiant a conquerentibus solummodo plegia de prosequendo, antequam deliberationem faciant de averiis, sed etiam de averiis returnandis, si adjudicatur returnum.

Et [si] quis alio modo plegia recipit, respondeat ipse de pretio averiorum, et habeat dominus distringens recuperare per breve quod reddat ei tot averia, vel tot catalla; et si non habeat ballivus unde reddat, reddat superior suus. Et quia aliquando contingit quod postquam adjudicatum fuit distringenti returnum averiorum, et sic districtus[2] postquam averia sunt returnata iterum replegiaverit, cum viderit distringentem comparentem in curia paratum sibi respondere, defaltam fecerit, ob quam iterum adjudicabitur distringenti returnum, et sic bis, tertio, et in infinitum replegiantur averia, nec habebunt judicia in curia domini regis in hoc casu effectum, super quo non fuit prius provisum remedium; ordinatus est, in hoc casu, talis processus, quod quam cito adjudicatum fuerit distringenti returnum averiorum, per breve de judicio mandetur vicecomiti, quod returnum habere faciat distringenti de averiis: in quo brevi inseratur quod vicecomes ea non deliberet sine brevi de

---

[1] Partly erased.

[2] *distringitur* in MS.

judicio, in quo fiet mentio de judicio per justiciarios reddito; quod fieri non poterit, nisi per breve quod exeat de rotulis justiciariorum coram quibus reddita fuit
f. 46. loquela.

Cum igitur adierit justiciarios et petierit averia sua iterum replegiari, fiat ei breve de judicio, quod vicecomes capta securitate de prosequendo, et etiam de averiis vel catallis returnandis, vel eorum pretio, si adjudicetur returnum, deliberet ei averia vel catalla prius returnata, et attachietur[1] ille qui distrinxit ad veniendum ad certum diem coram justiciariis, quibus placitum deducatur, in præsentia partium, et si iterato ille qui replegiaverit fecerit defaltam, vel alia occasione adjudicetur returnum districtionis jam bis replegiati, remaneat districtio illa imperpetuum, irreplegiabiliter. Sed si de novo et nova causa fiat districtio de nova districtione servetur processus.

§ 3.

In casu quo vir amiserit per defaltam tenementum quod fuit jus uxoris suæ durum fuit quod uxor post mortem viri sui non habuit aliud recuperare quam per breve De Recto, propter quod dominus rex statuit quod mulier post mortem viri sui habeat recuperare per breve De Ingressu cui ipsa in vita sua contradicere non potuit, quod in forma subscripta erit placitandum: Si contra petitionem mulieris tenens [quod][2] excipiat quod habuit ingressum per judicium, [et] comperto quod per defaltam, ad quod tenens habet respondere, si ab eo queratur, tunc ulterius necesse habet ostendere jus suum secundum formam brevis, quod prius impetravit super virum et uxorem; et si verificare poterit quod jus habet in tenemento petito, nichil capiat mulier per breve suum; quod si ostendere non poterit, recuperet mulier tenementum petitum, hoc observato, quod si vir absentaverit se, et noluerit jus uxoris suæ defendere, vel in-

---

[1] *attachiat us* | [2] *sic* in MS.

vita uxore reddere voluerit, si uxor ante judicium venerit parata petenti respondere et jus suum defendere, admitatur uxor. Eodem modo si tenens in dotem per legem Angliæ, vel aliter, ad terminum vitæ, vel per donum in quo reservatur reversio, faceret defaltam, vel f. 46 *b*. reddere voluerit, admittantur heredes ad responsionem, [si venirint ante judicium; et si per defaltam aut redditionem reddatur judicium, tunc habeant heredes][1] et illi ad quos spectat reversio, post mortem hujusmodi tenentium, recuperare per breve de ingressu, in quo servetur idem processus, sicut supradictum est, in casu ubi vir amittit per defaltam tenementum uxoris; et sic in casibus prædictis concurrunt [actiones], una inter petentem [et] tenentem, et alia inter tenentem jus suum ostendentem et petentem.

§ 4.

In casu quando implacitatus de tenemento reddit tenementum petitum adversario suo [de] plano post mortem viri, justiciarii adjudicant mulieri dotem, si per breve petat. Sed in casu quando vir amittit tenementum petitum per defaltam, compertum est quod per aliquos justiciarios adjudicata fuit dos mulieri petenti, non obstante defalta quam vir suus fecit, aliis justiciariis in contraria opinione existentibus et contrarium judicantibus; ut de cetero hujusmodi ambiguitas amputetur, sic in cetero ordinatum est, quod in utroque casu audiatur mulier quæ dotem petit. Et si excipiatur contra ipsam quod vir suus tenementum unde dos petita est amisit, per judicium per quod dotem habere non debet, et si quæratur per quod judicium, et compertum fuerit quod per defaltam, ad quod tenens necesse habet respondere, tunc oportet tenentem ulterius respondere, et ostendere quod ipse tenens jus habuit et habet in prædicto tenemento, secundum formam brevis quod super virum prius impetravit. Et si ostendere potuit quod vir mulieris

[1] Omitted in MS.

non habuit jus in tenemento, nec aliquis alius quam ipse qui tenet, recedat quietus, et uxor nichil capiat de dote; quod si ostendere non poterit, recuperet mulier dotem suam. Et sic in casibus istis, et in quibusdam casibus sequentibus, scilicet quando uxor dotata amittit dotem per defaltam, et tenentes in maritagium per legem Angliæ, [vel] ad terminum vitæ, vel[1] ad feodum talliatum, concurrunt plures actiones; [quia] hujusmodi tenentes cum oporteat eos petere tenementa sua per defaltam amissa, et ad hoc perventum fuerit, quod tenens neces-
f. 47. sarie habet ostendere jus suum, non possunt ipsi sine hiis ad quos spectat reversio de jure respondere; et ideo concedatur eis quod vocent *ad Warantum*, ac si essent tenentes, si warantum habeant. Et cum warantizaverit procedat placitum inter illum qui seysitus est et warantum secundum formam brevis quod tenens prius impetravit, et per quod recuperavit per defaltam; et sic ex pluribus actionibus ad ultimum perveniatur ad unum judicium; videlicet ad hoc, quod hujusmodi petentes recuperent petitionem suam, vel quod tenentes eant quieti. Et si actio hujusmodi petentis qui necessarie habet ostendere jus suum mota fuerit per breve de Recto, licet magnam assisam vel duellum jungere [non] possint per verba consueta, jungi tamen possunt per verba satis apta. Quia cum tenens in hoc quod ostendit jus suum quod ei competit per breve, quod prius impetravit, sit loco actoris, bene poterit warantizare et defendere jus tenentis, qui loco petentis, ut dictum est, habetur, et seisinam antecessoris sui et offerre et defendere per corpus liberi hominis sui, vel ponere se in magnam assisam, et petere recognitionem fieri, utrum ipse majus jus habeat in tenemento petito an prædictus talis. Vel alio modo jungi magna assisa, sic: "Talis warantus "defendit jus, et cetera, et cognoscit seysinam antecessoris sui et ponit se in magnam assisam, &c., et petit

---

[1] *Et* MS.

" recognitionem fieri utrum ipse majus jus habeat in " prædicto tenemento, ut in illo prædicto de quo feoffavit talem, vel quod talis remisit et quietum clamavit, an prædictus talis," &c.

Cum aliquando contingat quod mulier non habens jus petendi dotem, herede alicujus infra ætatem existente, impetret breve de dote super custodem, et custos per favorem mulieris dotem reddit, vel defaltam fecerit, vel placitum; ita ficte defendit per collusionem, per quod dos hujusmodi mulieri in præjudicium heredis adjudicata fuerit; provisum est quod heres cum ad ætatem perve- f. 47
nerit, habeat actionem petendi seisinam antecessoris sui versus hujusmodi mulierem, qualem haberet versus alium quemcumque deforciatorem; ita tamen quod salva sit mulieri versus petentem exceptio ostendendi quod jus habet in dote sua; quod si ostendere poterit recedat quieta, et dotem suam retineat, et sit heres in misericordia, et amercietur graviter, secundum discretionem justiciarii sui; recuperet autem heres petitionem suam. Eodem modo subveniatur mulieri, si heres vel alius eam implacitaverit de dote sua, si dotem suam per defaltam amiserit, in quo casu sua defalta non sit ei ita præjudicialis quin dotem suam, si jus habeat, recuperare possit, et fiat ei tale breve.

Præcipe A. &c. quod juste &c. reddat tali quæ fuit uxor talis tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam clamat esse rationabilem dotem suam, vel de rationabili dote sua, et quam prædictus talis ei deforciat. Et ad istud breve habeat tenens exceptionem suam ostendendo quod jus non habet in dote, quod si verificare poterit recedat quietus; alioquin recuperet mulier tenementum quod prius tenuit in dotem.

Et cum temporibus retroactis cum aliquis amiserit terram suam per defaltam, non habuit illud recuperare quam per breve de recto, quod eis competere non potuit qui de mero jure loqui non potuerunt, veluti tenentes ad terminum vitæ, vel per liberum maritagium, vel

per feodum talliatum, in quibus casibus salvatur reversio; provisum est quod de cetero non eorum defalta eis [sit] ita præjudicialis quin statum suum, si jus habeant, recuperare possint per aliud breve quam per breve de recto. De maritagio amisso per defaltam fiat breve tale. *Præcipe A. quod juste &c. reddat B. manerium de Staneby cum pertinentiis, quod clamat esse jus et maritagium suum, et quod prædictus talis ei injuste deforciat.* Eodem modo de tenemento tento ad terminum vitæ, per defaltam amisso, fiat breve. *Præcipe tali quod juste &c. reddat talem manerium &c. quod clamat tenere ad terminum vitæ suæ, et quod talis ei injuste &c. similiter,* f. 48. *quod clamat tenere sibi et heredibus suis de corpore suo exeuntibus, et quod talis ei injuste deforciat &c.*

§ 5.

Cum de advocatione ecclesiarum non sint nisi tria brevia originalia, videlicet breve de recto et duo de possessione, scilicet *Ultimæ præsentationis* et *Quare impedit;* et huc usque usitatum fuit in regno quod cum aliquis, jus non habens præsentandi, præsentaverit ad aliquam ecclesiam, cujus præsentatus fuerit admissus, ipse qui verus est patronus per nullum aliud breve recuperare poterit advocationem suam quam per Breve de Recto, quod habet terminari per duellum, vel per magnam assisam, per quod heredes infra ætatem existentes per fraudem et negligentiam custodum, heredes etiam sive majores, sive minores, per negligentiam vel fraudem tenentium per legem Angliæ, vel mulierum tenentium in dotem, vel alio modo ad terminum vitæ, vel annorum, vel per feodum talliatum, multotiens exheredationem patiebantur de advocationibus suis, vel ad minus, quod eis melius fuit, ponebantur ad breve de recto, et in casu omnino exheredati fuerunt hucusque; statutum est quod hujusmodi præsentationes rectis heredibus, aut illis, ad quos post mortem aliquorum hujusmodi advo-

cationes reverti debent, [non sint][1] præjudiciales. Quia quotienscumque aliquis, jus non habens, tempore hujusmodi custodiarum præsentaverit, vel tempore tenentium in dotem per legem Angliæ, vel alio modo ad terminum vitæ, vel annorum, [vel] per feodum talliatum, in proxima vacatione, postquam heres ad ætatem pervenerit, vel advocatio, post mortem in forma prædicta tenentium, ad heredem plenæ ætatis existentem revertitur, habeat eandem actionem et exceptionem per breve de advocatione possessorium, qualem haberet ultimus antecessor hujusmodi heredis, plenam habens ætatem in ultima vacatione tempore suo accidente ante mortem suam, vel antequam demissio facta fuerit ad terminum, vel feodum talliatum, sicut prædictum est. Hic modus observetur de præsentationibus factis ad[2] ecclesias de hereditate uxorum, tempore quo fuerunt sub potestate virorum suorum, quibus per istud statutum subveniatur per reme- f. 48 *b*. dium supradictum.

Viris ecclesiæ religiosis, episcopis, archidiaconis, rectoribus ecclesiarum, et aliis personis ecclesiasticis, subveniatur per istud idem statutum, si aliquis, jus præsentandi non habens, præsentaverit ad ecclesias, domibus suis prælatiæ, dignitati, aut personatui spectantes, tempore quo vacaverint prælatiæ, dignitates, aut personatus hujusmodi. Nec tamen ita large intelligatur istud statutum quod personæ, ad quarum remedium statutum istud est conditum, habeant recuperare supradictum, dicentes, quod custodes, tenentes in dotem per legem Angliæ, vel aliter, ad terminum vitæ vel annorum, vel viri, ficte defenderunt placitum per ipsos motum; quia judicia in curia regis reddita per istud statutum non adnihilentur, sed stet judicium in suo robore quousque per judicium domini regis, tanquam erroneum, si error inveniatur,[3] quod gratis concedatur.

---

[1] Omitted in MS.

[2] *de* MS.

[3] Here some lines have been omitted by the scribe.

Et de cetero una forma placitandi in brevibus *Ultimæ præsentationis* et *Quare impedit* inter justiciarios observetur, quoad hoc, si pars rea excipiat de plenitudine ecclesiæ, per suam propriam præsentationem, non propter illam plenitudinem remaneat loquela, dummodo breve infra tempus semestre, quamquam infra tempus semestre præsentationem recuperare non possit. Et cum aliquando inter plures clamantes advocationem alicujus ecclesiæ pax fuerit reformata inter partes, et inrotulata coram justiciariis in rotulo, vel in fine, sub hac forma, quod unus primus præsentet, et in sequenti vacatione alius, et in tertia tertius, et sic de pluribus, si plures sint; et unus præsentaverit, et habuit suam præsentationem quam habere debet per formam illius conventionis vel loco ejus; statutum est, quod de cetero non habeant hujusmodi impediti necessarie perquirere, breve *Quare impedit*, sed habeant recursum ad rotulum vel ad finem. Et si in rotulo, vel in fine, comperta fuerit prædicta pax, vel conventio, mandetur vicecomiti quod scire faciat
f. 49. parti impedienti quod sit ad aliquem diem brevem, continentem spatium quindecim dierum vel trium septimanarum, secundum quod locus est propinquus vel remotus, ostensurus, si quid sciat dicere quare talis præsentationem suam habere non debeat. Et si non venerit, vel forte venerit, et nichil sciat dicere quare sic impeditus præsentationem suam habere non debeat, ratione alicujus facti post pacem inrotulatam vel cyrographatam, recuperet præsentationem suam cum dampnis suis. Et cum contingat post mortem antecessoris, qui ad aliquam ecclesiam præsentavit, assignata fuerit illa advocatio in dotem alicujus mulieris, vel teneatur per legem Angliæ, et tenentes in dotem per legem Angliæ præsentaverint, et verus heres post mortem hujusmodi tenentium per legem Angliæ, vel in dotem, impediatur præsentare cum ecclesia vacaverit, provisum est quod de cetero in electione impediti, utrum perquirere velit per breve *Quare impedit* vel *Ultimæ præsentationis*.

Hoc etiam observetur de advocationibus dimissis ad terminum vitæ vel annorum, vel ad feodum talliatum. Et de cetero in brevibus *Ultimæ præsentationis* et *Quare impedit* adjudicentur dampna, videlicet si tempus semestre transierit per impedimentum alicujus; ita quod [si] episcopus ecclesiam conferat, et verus patronus ea vice præsentationem suam amittat, adjudicentur dampna ad valorem ecclesiæ de duobus annis. Et si tempus non transierit, sed disrationetur præsentatio infra tempus prædictum, tunc adjudicentur dampna ad valorem mediatatis ecclesiæ per dimidium annum. Et si impeditor nichil habeat unde restituere possit dampna, in casu quando episcopus confert per lapsum temporis, puniatur per prisonam duorum annorum. Et si advocatio disrationetur infra tempus semestre, puniatur tamen impeditor per prisonam dimidii anni.

Et de cetero concedantur brevia de capellis, prebendis, vicariis, hospitalibus, abbatiis, prioratibus, et aliis domibus, quæ sunt de advocationibus aliquorum quæ prius concedi non consueverunt.[1] Et cum per breve f. 49 *b*.
Indicavit impediatur rector alicujus ecclesiæ ad petendum decimas in vicina parochia, habeat patronus rectoris, sic impediti, breve ad petendum advocationem decimarum petitarum. Et cum disrationaverit procedat postmodum placitum in curia Christianitatis, quatenus disrationatum fuerit in curia regis. Cum advocatio descendit participibus, licet unus bis præsentet et bis usurpet super coheredem, non propter hoc exclusus sit ille in toto qui negligens fuit, sed alias habeat cursum suum præsentandi cum acciderit.

§ 6.

Cum quis petat tenementum versus alium, et implicitatus fuerit ad warantum, et warantus dedicat waran-

[1] Repeated in MS.

tiam, et diu pendeat placitum inter tenentem et warantum, cum ad ultimum convincatur quod vocatus ad warantum warentizare[1] tenetur, per legem et consuetudinem hactenus usitatam non fuit aliqua pena inflicta vocato, qui warantizare dedixit, nisi tantum quod warentizaret et esset in misericordia, quia prius non warentizavit, quod durum fuit petenti, qui multociens per collusionem inter tenentem et warantizantem magnas sustinuit dilationes; propter quod dominus rex statuit quod sicut tenens amitteret tenementum petitum, si vocasset ad warentum, et warentus se posset devolvere de warentia, eodem modo amittat warentus, si warentiam dedicat, et convincatur quod warentizare debeat. Et si inquisitio pendeat inter tenentem et warentum, et petens petat breve ad facere venire juratos, concedatur ei.

§ 7.

Custodi de cetero concedatur breve *De Amensuratione* dotis; nec[2] per sectam custodis, si ficte et per collusionem sequatur versus mulierem tenentem in dotem, præcludatur heres, cum ad ætatem pervenerit, ad dotem admensurandam, secundum quod per legem terræ fuerit admensuranda. Et tam in isto brevi, quam in brevi *De Amensuratione* pasturæ celerior quam prius de cetero sit processus. Ita quod cum perventum fuerit ad magnam districtionem dentur dies infra quas duo comitatus teneantur, ad quos publica fiat proclamatio
f 50. quod defendens veniat ad diem, in brevi conventum, querenti responsurus; ad quem diem si venerit procedat placitum inter eos. Et si non venerit, et proclamatio supradicto modo per vicecomitem testificata fuerit, procedatur per defaltam ad amensurationem faciendam.

---

[1] The spelling is irregular in MS. | [2] *et si* MS.

§ 8.

Cum per placitum motum per breve de Amensuratione pasturæ, pastura fuerit amensurata, aliquando coram justiciario, aliquando in comitatu, multociens contingat quod post hujusmodi amensurationem factam, iterum ponat ille, [qui] primo superoneraverit pasturam, perplura averia, quam ad ipsum pertinet habenda, vetus[1] super hoc provisum fuisset remedium; statutum est quod de secunda superoneratione fiat remedium conquerenti sub hac forma, quod conquerens habeat breve de judicio, si coram justiciariis amensurata fuerit pastura, quod vicecomes in presentia partium præmunitarum, si interesse voluerint, inquirat de secunda superoneratione, [et] si inventa fuerit, mandetur justiciariis sub sigillo vicecomitis et sub sigillis juratorum, et justiciarii adjudicent conquerenti dampna, et ponant in extractis valorem animalium, quæ superonerans post amensurationem factam posuit in pastura ultra quod debuit; et extractas liberent Baronibus de Scaccario, et inde respondeant domino regi.

Si in comitatu facta fuerit amensuratio, tunc ad instantiam querentis exeat breve de Cancellaria, quod vicecomes inquirat super hujusmodi exoneratione, et de averiis positis in pastura ultra debitum numerum, vel de pretio domino regi ad Scaccarium suum respondeant. Et ne vicecomites fraudem faciant domino regi, in casu isto concordatum est quod omnia hujusmodi brevia de secunda superexoneratione, quæ exeunt de Cancellaria irrotulentur, et[2] in fine anni mittatur transcriptum ad Scaccarium sub sigillo Cancellariæ, ut videant thesaurarius et Barones qualiter vicecomites respondeant de exitibus hujusmodi hominum vel brevium. Eodem modo irrotulentur brevia de redisseisina, et mittantur ad Scaccarium in fine anni.

---

[1] So in MS.

[2] *ut* MS.

§ 9

Cum capitales domini distringant feodum suum pro serviciis et consuetudinibus sibi debitis, et medius sit
f. 50 b. qui tenentem acquietare debet, cum non jaceat in ore tenentis, postquam districtionem replegiaverit, dedicere demandam capitalis domini, qui advocat ad curiam regis justam districtionem super tenentem suum, videlicet, super medium, multi per hujusmodi districtiones hucusque gravati extiterint, per hoc quod medius, licet haberet per quod possit distringi, magnas fecerit dilationes antequam ad curiam venerit ad respondum hujusmodi tenentibus suis ad breve de medio, per hoc etiam quod durius fuit in casu quando medius nichil habuit; in casu etiam quando si tenens paratus esset facere capitali domino servicia et consuetudines exactas, et capitalis dominus servicia et consuetudines sibi debitas renuebat recipere per manum alterius, quam per manum proximi tenentis sui, et sic amiserunt hujusmodi tenentes in dominico proficuum terrarum suarum, aliquando ad tempus, aliquando toto tempore suo, nec fuit ante aliquando remedium in hoc casu provisum:

Ordinatum est et provisum in hoc casu remedium imposterum sub hac forma: Quamcito hujusmodi tenens in dominico habens medium inter ipsum et capitalem dominum distringit, statim perquirat sibi tenens breve *De Medio ;* et si medius habens terram in eodem comitatum diffugerit usque ad magnam districtionem, detur querenti in brevi suo de magna districtione tales dies, ante cujus adventum duo comitatus teneantur, et precipiatur vicecomiti quod distringat medium per magnam districtionem, prout in brevi continetur; et nichilominus vicecomes in duobus plenis comitatibus solempniter proclamari faciat, quod hujusmodi medius [veniat] ad diem in brevi contentum responsurus tenenti suo ad quem diem si venerit procedat placitum inter eos modo consueto, et si non venerit, amittat hujusmodi medius

servicii tenentis sui, et amodo non respondeat si tenens in aliquo, sed, omisso illo medio, respondeat capitali domino de eisdem serviciis et consuetudinibus, quæ prius facere debuit prædictus medius, nec habeat capitalis dominus potestatem distringendi, dum prædictus tenens offerat ei servicia debita et consueta. Et si capitalis dominus exegerit plusquam medius ei facere deberet, habeat tenens in hoc casu exceptionem quam haberet medius; si vero nichil habuit medius in potes- f. 51.
tate regis, nichilominus perquirat tenens suum breve de medio ad vicecomitem illius comitatus in quo distringitur. Et si vicecomes mandaverit quod medius nichil habet ubi potest summoneri, nichilominus sequatur breve de attachiamento. Et si vicecomes mandaverit quod nichil habet per quod potest attachiari, nichilominus sequatur breve de magna districtione, et fiat proclamatio in forma prædicta.

Si vero medius non habet terram in comitatu in quo fit districtio, sed habeat in alio comitatu, tunc exeat breve originale, ad summonendum medium ad vicecomitem comitatus, in quo fit districtio. Et cum testificatum fuerit per illum vicecomitem quod nichil habet in comitatu suo, exeat breve de judicio ad summonendum medium ad vicecomitem illius comitatus, in quo testificatum fuerit quod habet tenementum, et fiat secta in illo comitatu quousque perveniatur ad magnam districtionem, et fiat proclamatio sicut dictum est supra, *De medio nichil habente,* quousque perveniatur ad magnam districtionem et proclamationem; et sic post proclamationem in utroque comitatu factam adjudicetur medius de feodo suo et servicio suo. Et cum aliquando contingat quod tenens in dominico feoffatus est tenendum per minus servicium quam medius facere debuit capitali domino, cum post hujusmodi proclamationem tenens sit attornatus capitali domino, medio omisso, necesse habebit tenens respondere capitali domino de servicio et consuetudine quæ medius prius ei facere debuit.

Et postquam medius venerit in curia et cognoverit quod acquietare debeat tenentem suum, vel adjudicetur ad acquietandum, si post hujusmodi cognitionem aut judicium querimonia perveniat, quod medius non acquietet tenentem, exeat tunc breve de judicio, quod vicecomes distringat medium ad acquietandum tenentem, et ad veniendum coram justiciariis ad ostendendum ad certum diem quare prius non acquietavit. Et cum per districtionem venerit audiatur querens, et si querens verificare poterit quod ipsum non acquietavit, satisfaciat de damnis, et per judicium recedat quietus tenens de suo medio, et atturnetur capitali domino. Et si ad primam districtionem non venerit, exeat breve de alia
f. 51 *b*. districtione, et fiat proclamatio. Et postquam testificata fuerit procedatur ad medium, sicut superius dictum est.

Et sciendum est quod per hoc statutum non excluduntur tenentes quin habeant warentiam, si de tenementis suis implacitentur super medios suos et eorum heredes, secundum quod superius habuerint. Nec etiam excluduntur tenentes quin sequi possint versus medios secundum consuetudinem prius usitatam, si viderint quod processus eorum plus valeat per antiquam consuetudinem quam per istud statutum. Et sciendum est quod per istud statutum non providetur remedium quibuscumque mediis, sed solummodo in casu cum sit unus medius tantum inter dominum distringentem et tenentem, et in casu quando medius ille est plenæ ætatis, et in casu quando tenens sine prejudicio alterius quam medii acquietare se potest capitali domino. Quod autem dictum est pro mulieribus tenentibus in dotem per legem Angliæ, vel ad terminum vitæ, vel per feodum talliatum, quibus pro aliquibus casibus nondum provisum [1] est remedium, sed dante Deo alias providebitur.

---

[1] *provisis* MS.

§ 10.

Cum [in] itinere justiciarum proclamatum fuerit quod omnes qui brevia liberare voluerint, ea liberent infra certum terminum post quem nullum breve recipiatur, multi de hoc confidentes, cum moram fecerint usque ad prædictum terminum, [et] nullum breve super illos fuit liberatum, de licentia justiciarum recedunt, post quorum recessum adversarii sui, eorum absentiam percipientes, brevia sua porrigunt in causa, quæ aliquando per favorem, aliquando per vicecomites pro dono reperiuntur, et illi qui secure credebant recessisse tenementa sua amittunt; ut hujusmodi fraudi subveniatur imposterum, statuit dominus rex justiciariis quod in itineribus suis statutum terminum xv. dierum, vel mensis, minoris vel majoris termini, secundum quod comitatus fuerit major vel minor, infra quem terminum publice proclamatur, quod omnes qui brevia liberare voluerint ea liberent citra illum terminum; et in adventum illius termini, certificet vicecomes capitalibus justiciariis itineris quot brevia habet et quæ, et ultra illum terminum nullum breve recipiatur, quod si receptum fuerit processus per illud factus pro nullo habeatur; excepto quod breve cassatum durante toto itinere relevari poterit. Brevia f. 52.
etiam de dote, de viris qui obierint, infra summonitionem itineris assisæ, *Ultimæ præsentationis* et *Quare impedit* de ecclesiis viduantibus, supra summonitionem prædictam, quocumque tempore ante recessum justiciarum recipiantur; brevia etiam *Novæ Disseisinæ*, quocumque tempore facta fuerit disseisina, recipiantur.

In itinere justiciarum concedit dominus rex de gratia sua speciali quod illi qui tenementa tenent in diversis comitatibus, in quibus justiciarii itinerant, vel de quibusdam tenementis in comitatu, in quo justiciarii itinerant, timeant implacitari,[1] coram justiciariis apud West-

---

[1] *implacitantur* MS. Some words omitted.

mon. vel in Banco domini regis, vel coram justiciis, ad assisas capiendas, vel in aliquo comitatu coram vicecomitibus, vel in alia curia Baroniæ, facere possint generalem attornatum, ad sequendum pro eis placitis in itinere justiciarum, pro ipsis vel contra ipsos motis vel movendis durante itinere; qui quidem attornatus vel attornati habeant potestatem in placitis motis in itinere, quousque placitum terminetur, vel dominus suus ipsum amoverit; nec per hoc excusentur si sint in jure assisæ coram eisdem justiciariis.

§ 11.

De [servientibus], ballivis, camerariis et quibuscumque, receptoribus, qui ad compotum reddendum tenentur, concorditer est ordinatum et statutum, quod cum dominus hujusmodi servientium dederit eis auditores compoti, et contingat ipsos esse in arreragiis super compotum suum, arrestentur corpora eorum, et per testimonium auditorum ejusdem compoti mittantur aut liberentur gaolæ proximæ domini regis [in partibus illis], et a vicecomite seu a custode ejusdem gaolæ recipiantur, et carceri mancipentur in ferris, et sub bona custodia, et in illa prisona remaneant, de suo proprio viventes, quousque dominis suis de arreragiis plenarie satisfecerint. Attamen si quis sic gaolæ liberatus conqueratur, quod auditores compoti injuste ipsum aggravaverint onerando de receptis quæ non receperit, vel non allocando expensas aut liberationes rationabiles, et inveniat amicos qui eum manucapere voluerunt, ad ducendum coram Baronibus de Scaccario, ad aliquem certum diem, cum rotulis et talliis per quos compotos reddiderit, et in præsentia baronum vel auditorum, quos assignare voluerint, recitetur compotus et fiat partibus justicia, ita quod si fuerit in arreragiis committatur gaolæ *de Flete,* ut supradictum est. Et si diffugerint et gratis compotum reddere noluerint, sicut alibi in aliis statutis continetur,

distringantur ad veniendum coram justiciariis ad compotum reddendum, si habeant per quod distringi possint. Et si ad curiam venerint dentur auditores compoti, coram quibus si fuerit in arreragiis, si statim arreragia solvere non possint, committantur gaolæ custodiendum in forma prædicta. Et si diffugerint, et testatum fuerit per vicecomitem quod non sunt inventi, exigantur de comitatu in comitatum quousque utlagentur, et sint hujusmodi irreplegiabiles. Et caveat sibi vicecomes vel custos ejusdem gaolæ, sive sit in libertate sive extra, quod per commune breve quod dicitur *Repleggiare*, vel alio modo, sine assensu domini, ipsum a prisona exire non permittat. Quod si fecerit, et super hoc convincatur, respondeat domino de dampno per hujusmodi servientem illato, secundum quod per patriam verificare poterit, et habeat recuperare suum per breve de debito. Et si custos gaolæ non habeat per quod justificetur, vel unde solvat, respondeat superior suus, qui custodiam hujusmodi gaolæ sibi commisit per idem breve.

§ 12.

Quia multi per maliciam volentes alios gravare procurant falsam appellationem fieri, de homicidiis et aliis feloniis, per appellatores nichil habentes, unde domino regi pro falsa appellatione, nec appellatis de dampnis, respondere possunt; statutum est quod cum aliquis sic interpellatus de felonia sibi imposita se acquietaverit in curia domini regis modo debito, vel ad sectam appellatoris, vel domini regis, justiciarii, coram quibus auditum erit hujusmodi appellum et terminatum, puniant appellatorem per prisonam unius anni, et nichilominus restituant hujusmodi appellatores dampna appellatis per discretionem justiciarum, habito respectu ad prisonam vel adrestationem, quam occasione hujusmodi appellorum sustinuerint appellati, et ad infamiam quam per f. 53.
imprisonamentum, vel alio modo incurrerunt, et nichil-

ominus versus dominum regem graviter redimantur. Et si forte hujusmodi appellatores non habeant unde prædicta appellato dampna restituere possunt, inquiratur per quorum abettum formatum fuerit hujusmodi appellum per maliciam [si appellatus hoc][1] petat. Et si inveniatur per illam inquisitionem quod aliquis abettor per maliciam, per breve de judicio, ad sectam appellati, distringatur ad veniendum coram justiciis. Et si legitimo modo convictus fuerit super hujusmodi abetto per maliciam, puniatur per prisonam, et ad restitutionem dampnorum, sicut superius dictum est de appellatore; nec jaceat de cetero appellatori in appellatione de morte hominis essonium, in quacumque curia appellum fuerit terminandum.

§ 13.

Quia vicecomites, multotiens fingentes aliquos coram eis in turnis suis indictatos de furtis et aliis maleficiis, capiunt homines non culpabiles, nec legitimo modo indictatos, et eos imprisonant, et ab eis pecuniam extorquent, cum legitimo modo per xii. juratos non fuerunt indictati; statutum est quod vicecomites in turnis, et alibi, cum inquirere habeant de malefactoribus, per preceptum domini regis, vel ex officio suo, per legales homines, ad minus duodecim, faciant inquisitiones suas de hujusmodi malefactoribus, qui inquisitionibus illis sigilla sua apponant, et illos quos per inquisitiones hujusmodi invenerint culpabiles, capiant et imprisonent secundum quod alias fieri consuevit; et si alios imprisonaverint, quam per hujusmodi inquisitiones indictatos, habeant hujusmodi imprisonati actionem suam per breve de imprisonamento versus vicecomites, sicut haberent versus quamcumque aliam personam qui eos imprisonaret sine warranto. Et sicut dictum est de vicecomite observetur de quolibet ballivo libertatis.

---

[1] Omitted in MS.

§ 14.

Cum de vasto facto in hereditate alicujus per custodes, tenentes in dotem, per legem Angliæ, vel ad terminum vitæ, consueverit fieri breve de prohibitione vasti, per quod breve multi fuerunt in errore, credentes quod illi qui vastum fecerunt non habuerunt necesse f. 53 *b*.
respondere nisi tantum de vasto[1] facto post prohibitionem eis directam, dominus rex, ut hujusmodi error de cetero tollatur, statuit quod de vasto, quocumque modo ad nocumentum alicujus facto, non fiat de cetero breve de prohibitione, sed breve de summonendo, ita quod ille de quo queritur respondeat de vasto quocumque tempore facto. Et post summonitionem si non venerit attachiatur, et post attachiamentum distringatur; et post districtionem si non venerit, mandetur vicecomiti quod in propria persona assumptis secum xii. etc., accedat ad locum vastatum, et inquirat de vasto, et returnet inquisitionem, et postquam returnata fuerit procedatur ad judicium, secundum quod continetur in statuto prius edito apud Westmon.

§ 15.

In omni casu quo minores infra ætatem implacitari possunt, concessum est quod si hujusmodi minores elongati sint, quominus personaliter sequi possint, propinquiores amici admittantur ad sequendum pro eis.

§ 16.

In casu quo alicui minori descendatur hereditas ex parte patris, qui tenuit de uno domino, et ex parte matris,

---

[1] *fasto* MS.

quæ tenuit de alio domino, dubitatio hucusque extiterit de maritagio hujusmodi minoris, ad quem de duobus dominis pertineat, concordatum est quod ille dominus habeat maritagium, de quo antecessor prius fuit feoffatus, non habito respectu ad sexum, nec ad quantitatem tenementi, sed solummodo ad antiquum feoffamentum per servicium militare.

§ 17.

In itinere justiciarum non admittatur essonium de cetero [essonium][1] de malo lecti de tenementis in eodem comitatu, nisi ille qui se fecerit essonium veraciter sit infirmus; quia si excipiatur a petente quod tenens non est infirmus, nec in illo statu quo venire non potuit coram justiciis, admittatur ejus calumpnia; et si per inquisitionem comitatus scire poterit, vertatur illud essonium in defaltam, nec jacet de cetero illud essonium in brevi *De Recto* inter duos clamantes per unum descensum.

§ 18.

Cum debitum fuerit recuperandum in curia regis
f. 54. recognitum, vel dampna adjudicata, sit de cetero in electione illius, qui sequitur pro hujusmodi debito, aut dampnis, sequi breve quod vicecomes fieri faciat de terris et catallis, vel quod vicecomes liberet ei omnia catalla debitoris, exceptis bobus, et affris carucæ, et medietate terræ suæ; quousque debitum fuerit levatum per rationabile precium vel extentam. Et si ejiciatur ab illo tenemento, habeat recuperare per breve *Novæ Disseisinæ*, et postea per breve *Redisseisinæ*, si necesse fuerit.

---

[1] Sic MS.

§ 19.

Cum post mortem alicujus decedentis intestati, et obligati aliquibus de debito, bona deveniant ad ordinarios disponenda, obligetur de cetero ordinarius ad respondendum de debitis, quatenus bona defuncti sufficiunt, eodem modo quo executores respondere tenerentur, si testamentum fecisset.

§ 20.

Cum justiciarii in placito *Mortis Antecessoris* admittere consueverint responsum tenentis, quod petens non est propinquior heres antecessorum, de cujus morte tenementum petitur et hoc per assisam inquirere, concordatum est quod in brevibus de consanguinitate, avo, et proavo, quæ sunt ejusdem naturæ, admittatur illa responsio, et inquiratur, et secundum inquisitionem ad judicium procedatur.

§ 21.

Cum in statuto edito apud Gloucestre contineatur quod si quis dimiserit tenementum alicui ad reddendum valorem quartæ partis tenementi vel majoris, habeat ille qui dimisit, vel ejus heres, postquam cessatum fuerit a solutione per biennium, actionem petendi tenementum sic dimissum in dominico.

Eodem modo concordatum est quod si quis detineat domino suo servicium sibi debitum per biennium, habeat dominus actionem petendi tenementum in dominico per tale breve. *Præcipe A. quod juste et sine dilatione &c. reddat B. tale tenementum quod C. de eo tenet per tale servicium, et quod ad prædictum B. reverti debet, eo quod prædictus A. in faciendo prædictum servicium per biennium cessavit, ut dicit.* Et non solum in casu

---

[1] In MS.

isto, sed in casu in quo fit mentio in prædicto statuto Gloucestre, fiant brevia de ingressu heredi petenti super heredes tenentis, et super eos quibus fuit alienatum hujusmodi tenementum.

§ 22.

f. 54 *b*. Cum duo vel plures teneant boscum, turbariam, piscariam, vel alia hujusmodi, in communi, absque hoc quod aliquis sciat suum seperale, et aliquis eorum faciat vastum contra voluntatem alterius, moveatur actio per breve *De Vasto*, et habeat defendens, cum ad judicium venerit, electionem capiendi partem suam in certo loco per [vicecomitem, et] visum, et sacramentum, et assignationem vicinorum, ad hoc electorum et juratorum, vel quod concedat quod nichil capiat de cetero in hujusmodi bosco, turbaria, et aliis, nisi secundum quod participes sui capere voluerunt. Et si eligat capere partem suam in certo bosco, assignetur ei locus vastatus, secundum quod fuit antequam vastum fecit. Breve in hoc casu: *Cum A. et B. teneant boscum vel turbariam pro indiviso, B. fecit vastum, &c.*

§ 23.

Habeant de cetero executores breve de compoto et eandem actionem et processum per illud breve qualem habuit et haberet mortuus si vixisset.

§ 24.

In casibus quibus concessum est breve in Cancellaria de facto alicujus, de cetero non recedant querentes a curia regis sine remedio, pro eo quod tenementum transfertur de uno in alium, et in registro de Cancellaria non est inventum aliquod breve in casu illo speciale,

sicuti de domo, muro, mercato, conceditur breve super eum qui levavit; et si transferantur domus, murus, et hiis consimilia, in aliam personam, breve denegatur; sed de cetero cum in uno casu conceditur breve in simili casu simili remedio indigente sicuti [prius] fit breve:

Questus est nobis A. quod B. injuste levavit domum, mercatum, et alia quæ sunt ad nocumentum: Si hujusmodi levata ad nocumentum transferantur in aliam personam fiat breve: *Questus est nobis A. quod B. et C. levaverint &c.*

Eodem modo sicut persona alicujus ecclesiæ recuperare potest communiam pasturæ per breve *Novæ Disseisinæ,* eodem modo recuperet successor super disseisi- f. 55.
torem, vel ejus heredem, per breve *Quod permittat;* licet hujusmodi breve prius a Cancellaria non fuit concessum.

Eodem modo sicut conceditur breve utrum aliquod tenementum sit libera elemosina alicujus ecclesiæ an laicum feodum, tale fiat de cetero breve, utrum sit libera elemosina talis ecclesiæ vel alterius ecclesiæ, in casu quo libera elemosina unius ecclesiæ transferatur in possessionem alterius ecclesiæ.

Et quotienscumque de cetero evenerit in Cancellaria quod in casu reperitur breve, et in consimili casu cadente sub eodem jure, et simili remedio indigente, concordent clerici de Cancellaria in brevi faciendo, vel aterminent querentes in proximo parliamento, [et] scribant casus in quibus concordari non possunt, et referant ad proximum parliamentum, et de consensu jurisperitorum fiat breve; ne contingat de cetero quod curia domini regis deficiat querentibus in justicia perquirenda.

§ 25.

Quia non est aliquod breve in Cancellaria per quod querentes habent tam festinum remedium, sicut per

breve *Novæ Disseisinæ*, dominus rex voluntatem habens quod celeris fiat justicia, et quod dilationes in placitis amputentur vel abrevientur, concedit quod breve novæ disseisinæ locum habeat in pluribus casibus quam prius habuit. Et concedit quod de estoveriis bosci, proficuo capiendo in bosco, de nucibus, glandibus, et aliis fructibus colligendis, de corrodio, liberatione bladi aut aliorum victualium aut necessoriorum, in certo loco annuatim recipiendorum, tolneto, troveto, passagio, pontagio, et hiis similibus, in certis locis capiendis, custodiis parcorum, forestarum, chaciarum, warennarum, portarum, et aliis ballivis et officiis in feodo, jaceat de cetero assisa novæ disseisinæ. Et in omnibus supradictis modo consueto fiat breve de libero tenemento, et sicut etiam prius jacuit et locum habuit in communa pasturæ, ita de cetero locum habeat in communa turbariæ,
f. 55 *b*. piscariæ, [et aliis] communis hiis similibus, quas quis habeat pertinentes ad liberum tenementum, vel etiam sine tenemento per speciale factum, ad minus ad terminum vitæ.

In casu quando quis tenens tenementum ad terminum annorum, vel in custodia, illud alienat in feodum, et per illam alienationem transfert liberum tenementum in feoffatum, fiat remedium per breve novæ disseisinæ, et habeantur pro disseisatoribus tam ille qui feoffat quam feoffatus, ita quod vivente altero eorum locum habeat prædictum breve. Et si post mortem personarum cesset remedium per prædictum breve, [fiat remedium per breve] de ingressu. Et quamvis superius de aliquibus casibus, de quibus locum non habent prius breve novæ disseisinæ, non propter hoc credat aliquis illud habere non competere, ubi prius non competebat. Et licet dubitaverint quidam, utrum in casu cum quis pascit alterius separale fieri potuerit remedium, per prædictum breve, teneatur pro certo quod in casu illo per prædictum breve bonum et certum est remedium; et caveant de cetero illi qui nominati sunt disseysitores,

quod non proponant falsas[1] exceptiones, per quas captio assisæ differatur, dicendo quod alia assisa transivit, inter easdem personas, de eodem tenemento, vel dicendo et mentiendo quod breve de altiori natura pendet inter easdem personas, de eodem tenemento; et super hiis [et] consimilibus vocent rotulos vel recordum ad warentum, ut per illam advocationem asportare possint vesturam, levare redditus, et alia proficua, ad magnum detrimentum querentis. [Et] quia licet prius aliam penam non habuit, qui hujusmodi falsas exceptiones mendaciter proposuit, nisi tantum quod post mendacium suum convictum processum fuit ad captionem assisæ, dominus rex, cui odiosæ sunt hujusmodi falsæ exceptiones, statuit quod si quis disseisitor nominatus proponat illam exceptionem, ad diem sibi datum, si defecerit de warento quod vocavit, habeatur pro disseisitore, absque recognitione assisæ, et restituat dampna prius inquisita, vel post inquirenda, in duplo, et nichilominus pro falsitate sua puniatur per prisonam unius anni. Et si illa exceptio proponatur per ballivum, non propter hoc differatur captio assisæ et judicium super restitutione tenementorum et dampnorum; ita tamen quod si dominus illius ballivi, qui absens fuit, postmodum veniat f. 56.
coram justiciis qui assisam ceperunt, et offerat verificare per recordum, vel rotulos, quod assisa transivit de eodem tenemento inter easdem personas, vel [quod] querens alias se retraxit de brevi consimili, vel placitum pendet per breve de altiori natura; fiat ei breve ad faciendum venire super hoc recordum. Et cum illud habuerit, et videat justiciarius quod recordum ei ita [missum] valeret ante judicium, quod per illud excluderetur querens ab actione sua, statim faciet justiciarius scire parti, quæ prius recuperavit, quod sit ad certum diem ad quem rehabeat defendens seisinam suam et dampna, si quæ prius solvit, per primum

---

[1] *fallsas* MS.

judicium, simul cum dampnis quæ habuit post primum judicium redditum, quæ ei restituantur in duplo, ut supradictum est. Et nichilominus puniatur ille qui primo recuperaverit per prisonam secundum discretionem justiciarii.

Eodem modo si defendens, contra quem transivit assisa in sua absentia, ostendat cartas, vel quietam clamantiam, super quarum confectione non fuerunt juratores examinati, nec examinari potuerunt, pro eo quod de eis non fiebat mentio in placitando, et probabiliter ignorare potuerunt confectionem hujusmodi scriptorum, justiciarius visis scriptis illis faciat scire parti quæ recuperavit, quod [sit] ad certum diem, et venire faciet juratores ejusdem assisæ; et si per veredictum juratorum vel forte per inrotulamenta scripta illa verificaverit, puniatur ille qui assisam impetravit, contra factum suum, per penam supradictam. Nec capiat de cetero vicecomes bovem a disseisito sed a disseisitore tantum. Et si plures sint disseisitores in uno brevi nominati, nichilominus de uno bove sit contentus, nec exigat bovem, nisi de precio quinque solidorum et iiii^or. d., vel precium.

§ 26.

In brevibus de redisscisina adjudicentur de cetero dampna in duplo, et sint redisseisitores de cetero irrepleggiabiles per commune breve. Et sicut in statuto de Mertone provisum fuit illud breve de hiis qui disseisiti fuerunt, postquam recuperaverunt per assisam
f. 56 *b.* *Novæ Disseisinæ, Mortis Antecessori,* aut per alias juratas, ulterius de cetero habeat illud breve locum illis qui recuperaverunt per defaltam redditionem, aut alio modo, sine recognitione assisæ vel juratorum.

§ 27.

Postquam aliquis posuerit se in inquisitionem, ad proximum diem, allocetur ei essonium, sed ad alios dies

sequentes per essonium non differatur captio inquisitionis, sive prius habuerit essonium, sive non. Nec admittatur essonium post diem datum prece partium in casu quo partes consentiunt venire sine essonio.

§ 28–29.

Cum per statutum Westmon. statuatur quod postquam tenentes simul comparuerunt, non allocetur eis essonium in brevibus assisæ, eodem modo observetur de cetero de petentibus. *Breve de transgressione,* ad audiendum et terminandum, de cetero non concedatur, coram aliquibus justiciariis, exceptis justiciariis de utroque Banco, et justiciariis itinerantibus, nisi pro enormi transgressione, ubi necesse est festinum apponere remedium, dominus rex de gratia sua speciali hoc duxit concedendum ; nec etiam concedatur de cetero breve ad audiendum appellationem et terminandum coram justiciariis assignatis, nisi in speciali casu et certa causa, dominus rex precepit. Sed ne hujusmodi appellati, vel indictati, diu detineantur in prisona, habeant breve de *Odio,* et *Athya,* sicut in Magna Carta et aliis statutis dictum est.

§ 30.

Assignentur de cetero duo justiciarii coram quibus, et non aliis, capiantur assisæ *Novæ disseisinæ, Mortis antecessoris,* et *Attinctæ,* et associant sibi duos vel unum de discretioribus militibus comitatus in quem venerint, et capiant assisas prædictas et attinctas ad plus ter per annum ; videlicet semel inter quindenam Sancti Johannis Baptistæ et Gulam Augusti, et iterum inter festum Exaltationis Sanctæ Crucis et Octab. Sancti Michaelis, et tertio inter festum Epiphaniæ, et festum Purificationis Beatæ Mariæ ; et in quolibet[1] comitatu ad quamlibet captionem, antequam recedant, statuant diem de redditu suo, ita quod omnes de comi-

[1] *quibus* MS.

tatu scire possint eorum adventum. Et de termino inter terminum adjornent assisas, si per vocationem waranti, per essonium, per defaltam recognitorum, si ad unum diem captio eorum differatur. Et si aliqua de causa viderint quod utile sit quod assisæ *Mortis antecessoris*, per essonium vel vocationem waranti re-
f. 57. spectuate[1] adjornentur in Banco, liceat eis hoc facere, et tunc mittant justiciarii de Banco recordum cum brevi originali; et cum loquela perveniatur ad captionem assisæ, remittatur loquela cum brevi originali per justiciarios de Banco ad priores justiciarios coram[2] quibus capiatur assisa. Sed de cetero dent justiciarii de Banco in hujusmodi assisis quatuor dies per annum coram præfatis justiciariis assignatis, ut parcatur laboribus et expensis.

Atterminentur etiam coram eis inquisitiones de aliis placitis placitatis in utroque Banco, in quibus facilis est examinatio; ut quando dedicitur ingressus, vel seisina alicujus, vel in casu cum de uno articulo sit inquirendum; sed inquisitiones de grossis et pluribus articulis, quæ magna indigent examinatione, capiantur coram justiciariis de Banco, nisi ambæ partes petant quod inquisitio capiatur coram aliquibus de societate cum in partes illas venerint, quod de cetero non fiat nisi per duos justiciarios, vel unum, cum aliquo milite de comitatu, in quem partes consenserint. Nec atterminentur hujusmodi inquisitiones coram aliquibus justiciariis de Banco, nisi statuatur certus dies et locus in comitatu, in præsentia partium, et dies et locus inseratur in brevi de judicio per hæc verba: "*Præcipimus tibi quod* " *venire facias coram justiciariis apud Westmon. in* " *Octab. Sancti Michaelis, nisi talis et talis tali die* " *et loco ad partes illas venerint xii. &c.*"

Et cum hujusmodi inquisitiones captæ fuerint returnentur in Bancis, et ibi fiat judicium et inrotulentur.

---

[1] *Respectu ante* MS.

[2] *Cum* MS.

Et si omissa forma prædicta aliquæ inquisitiones capiantur, pro nullis habeantur, excepto quod assisa *Ultimæ Præsentationis,* et inquisitio super *Quare impedit,* atterminentur in proprio comitatu, coram justiciariis de Banco et uno milite, ad certos tamen diem et locum in Banco statutos, sive defendens consentiat vel non; et ibi statim reddatur judicium.

Habeant de cetero omnes justiciarii de Banco et Itinerantes clericos inrotulantes omnia placita coram eis placitata, sicut antiquitus habere consueverunt. Item ordinatum est quod justiciarii, ad assisas capiendas assignati, non compellant juratores dicere precise si sit disseisina vel non, dummodo voluerint dicere veritatem facti, et petere auxilium justiciariorum. Sed si sponte velint dicere quod disseisina est vel non, admittatur eorum dictum sub suo periculo. Et de cetero non ponant justiciarii in assisis aut juratis aliquos juratores nisi eos qui ad hoc fuerunt primo summoniti. f. 57 *b.*

§ 31.

Cum aliquis implacitatus coram aliquibus justiciariis proponat exceptionem, et petat quod justiciarii eam allocent, quam si allocare noluerint, si ille qui exceptionem proponet scribat illam exceptionem, et petat quod justiciarii apponant sigilla sua [1] in testimonium, justiciarii sigillum suum apponant. Et si unus apponere noluerit, apponat alius de societate. Et si forte ad querimoniam de facto justiciarii venire faciat dominus rex recordum coram eo, et illa exceptio non inveniatur in rotulis, et quærens ostendat exceptionem scriptam cum sigillo justiciariorum appenso, mandetur justiciario quod sit ad certum diem ad cognoscendum sigillum suum vel dedicendum. Et si justiciarius sigillum suum de-

---

[1] sigillum suum MS.

dicere non possit, procedatur ad judicium secundum illam exceptionem, prout admittenda esset vel cassanda.

§ 32.

Cum religiosi et aliæ personæ ecclesiasticæ implacitent aliquem, et implacitatus fecerit defaltam ob quam tenementum amittere debeat, quia hucusque justiciarii timuerunt quod si implacitatus fecerit defaltam per collusionem, ut cum petens occasione statuti per titulum doni, aut alterius alienationis, seisinam de tenemento
f. 58. consequi non posset, per illam defaltam consequeretur, et sic fieret fraus statuto; ordinatum est per dominum regem et concessum, quod in hoc casu, postquam defalta facta fuerit, inquiratur per gratiam[1] utrum petens habeat jus in sua petitione vel non. Et si compertum fuerit quod petens jus habuerit, procedatur ad judicium pro petente, et recuperet seisinam suam. Et si jus non habuerit, incurratur tenementum proximo domino feodi si illud petat infra annum a tempore inquisitionis captæ. Et si infra annum non petat superiori domino incurratur, et si petat infra annum dimidium post illud annum. Et sic habeat quilibet dominus post proximum dominum spacium dimidii anni ad petendum successive, quousque perveniatur ad regem, cui ad ultimum pro defectu dominorum aliorum tenementum incurratur. Et ad calumpniandum juratores inquisitionis admittantur quicumque capitales domini feodorum, et similiter pro rege, qui calumpniare voluerit; et remaneat terra postquam judicium clarum fuerit in manum domini regis, quousque tenementum per petentem, vel aliquem capitalem dominum, disrationetur; et quæratur[2] vicecomes ad respondendum ad scaccarium.[3]

§ 33.

Quia multi tenentes erigunt cruces in tenementis suis, aut erigi permittunt, in prejudicium dominorum

---

[1] Sic MS.
[2] Sic MS.
[3] sectam MS.

suorum, ut tenentes per privilegium Templariorum et Hospitaliorum tueri se possint, contra capitales dominos feodorum, statutum est quod hujusmodi tenementa capitalibus dominis aut regi incurrantur, eodem modo quo statuitur alibi de tenementis alienatis ad manum mortuam.

§ 34.

Purveu est si homme ravist femme, espuse, dameisele, ou autre femme deshoremes, par la ou ele ne seo est assentue ne auant ne apres, est jugement de uie et de membre. Ensement la ou homme ravist femme, dame, espuse, damaisele, ou autre femme, a force, tut seit ke ele assent apres, est tel jugement cum avant est dist si il seit ateicit a la suite le rei, e la eit le rei la suite. f. 59.

De mulieribus abductis cum bonis viri habeat rex sectam de bonis sic asportatis. Et uxor si sponte reliquerit virum suum, et moretur cum adultero suo, amittat imperpetuum actionem suam petendi dotem suam, quæ competere posset de tenementis viri, si super hoc convincatur; nisi vir suus sponte et absque cohercione ecclesiastica eam reconciliet, et secum cohabitare permittat. In quo casu restituatur ei actio.

Qui monialem a domo sua abduxerit, licet monialis concesserit, puniatur per prisonam trium annorum, et satisfaciat domino a qua abducta fuerit competenter, et nihilominus redimatur ad voluntatem domini regis.

§ 35.

De pueris, sive masculis sive femellis, quorum maritagium ad aliquem pertinet, raptis et abductis, si ille qui rapuit non habens jus in maritagium, licet post[1] restituerit puerum non maritatum, vel de maritagio satisfecerit, puniatur tamen pro transgressione per f. 59 b.

---

[1] prius MS.

prisonam duorum annorum. Et si non restituerit, vel heredem post annos nubiles maritaverit, et de maritagio satisfacere non poterit, abjuret regnum, vel habeat perpetuam prisonam. Et super hoc habeat querens tale breve: *Si A. fecerit te securum &c. pone per vadium &c. B. quod sit coram justiciariis nostris tali ostensurum quare talem heredem infra ætatem existentem, cujus maritagium ad ipsum pertinet, tali loco inventum, rapuit et abduxit contra voluntatem ipsius A. et contra pacem &c.* Et si heres sit in eodem comitatu, tunc addatur ista clausula: *Et diligenter inquiras ubi heres ille est in balliva tua, et ipsum, ubicumque fuerit inventus, capias, et salvo et secure custodias, ita quod eum habeas coram præfatis justiciariis nostris, ad præfatum terminum, reddendum cui A. vel B. reddi debeat;* et ei fiat secta versus partem, de qua conqueritur, quousque per districtionem venerit, si habeat per quod distringi poterit, vel per contumaciam si non sit justiciabilis exigatur, et utlagetur. Si forte hujusmodi heres ducatur et transferatur in alium comitatum, tunc vicecomiti illius comitatus fiat breve sub hac forma: *Questus est nobis A. quod B. nuper talem heredem infra ætatem, et in custodia sua existentem, in tali loco, in comitatu tali, rapuit, et de comitatu illo ad talem locum in comitatu tuo abduxit, contra voluntatem ipsius A. et contra pacem nostram. Et ideo tibi præcipimus quod prædictum heredem ubicumque eum in balliva tua invenire poteris capias, et salvo et secure custodias, ita quod eum habeas coram justiciariis nostris, tali loco et die, quem idem A. habet versus prædictum B., ad reddendum cui de jure reddi debeat.* Et si heres antequam inveniri poterit, vel antequam restituatur querenti, obierit,[1] nihilominus procedeat placitum inter eos quousque terminetur cui restitui deberet, si superstes
f. 60. fuisset, nec excusabitur aut alienabitur ille qui injuste rapuit hujusmodi heredem de pena supradicta, per mor-

[1] abierit MS.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

tem heredis, cujus extitit malæ fidei possessor dum vixit. Et si querens obierit ante placitum terminatum, si jus ei competebat ratione proprii feodi sui, resummoneatur loquela ad sectam heredis querentis, et procedat placitum debito ordine. Si vero per alium titulum competat ei jus, sicut titulo donationis, venditionis, aut alio hujusmodi titulo, tunc resummoneatur loquela, ad sectam executorum querentium, et procedat placitum, ut prædictum est. Eodem modo summoneatur pars defendens antequam placitum terminetur, vel heres restituatur, [et] procedat placitum per resummonitionem inter querentem, vel ejus heredem, seu executores defendentis, vel ejus heredem, si executores non sufficiant, quoad satisfactionem [de valore] maritagii, secundum quod in aliis statutis continetur, sed non quoad penam prisonæ, qua quis[1] pro alieno facto non est puniendus. Eodem modo cum pendeat placitum inter partes de custodia terræ, et heredes, vel utriusque per commune breve quod sic incipit: *Præcipe tali quod reddat &c.*, fiat resummonitio inter heredem et executorem querentis similiter, et heredem aut executorem defendentis, si mors alteram partem præveniat ante placitum terminatum. Et cum perveniatur ad magnam districtionem detur terminus infra quem tres comitatus teneantur ad minus, in quorum quolibet comitatu fiat publica proclamatio, quod deforciator veniat ad Bancum ad diem in brevi constitutum responsurus querenti; ad quem diem si non venerit, et proclamatio semel, secundo et tertio testificata fuerit, procedatur ad judicium, salvo jure defendentis.

Eodem modo fiat in brevi de transgressione, cum quis queritur se ejectum fuisse de custodiis.

§ 36.

Quia domini curiarum et alii qui curiam tenent et seneschalli volentes gravare subditos suos, cum non

---

[1] quamvis MS.

habeant legalem viam eos gravandi, procurant alios movere querelas versus eos, et dare vadia et proferre f. 60 *b*. pleggia, vel impetrare brevia, et ad sectam hujusmodi conquerentium compellunt eos sequi comitatum, hundredam, et curiam, quousque finem fecerint cum ipsis, pro voluntate sua, statutum est quod hoc non fiat de cetero. Et si aliquis per hujusmodi falsas querimonias fuerit atthachiatus, replegiet[1] districtionem suam sic captam, et poni faciat loquelam coram justiciariis; coram quibus si vicecomes, vel alius ballivus, vel dominus, postquam sic districtus, formaverit querimoniam suam, et advocaverit justam districtionem ratione hujusmodi querimoniarum coram eis factarum, et si replicetur quod hujusmodi querimoniæ versus eos movebantur maliciose, ad instantiam seu procurationem vicecomitis, vel aliorum ballivorum, aut dominorum, admittatur illa replicatio. Et si super hoc convicti fuerint versus dominum regem redimantur, et nichilominus hujusmodi sic gravatis dampna in triplo restituant.

§ 37.

Quia etiam ballivi, ad quos ex officio pertinet districtiones facere, gravare volentes subditos suos, ut ab eis pecuniam extorqueant, mittunt ignotos ad faciendas districtiones, ea intentione ut subditos gravare possint, per hoc quod sic districti non habentes notitiam personarum non permittunt hujusmodi districtiones super eos fieri; statutum est quod nulla districtio fiat nisi per ballivos juratos et notos distringentes. Quod si alio modo fecerint, et de hoc convicti fuerint, si gravati breve de transgressione impetraverint, restituant gravatis dampna, et versus regem puniantur.

---

[1] Sic MS.

§ 38.

Quia vicecomites, hundredarii, ballivi libertatum, consueverunt gravare subditos suos, ponendo in assisis juratores, homines languidos, decrepitos, vel perpetua vel temporali infirmitate languentes, homines etiam a tempore summonitionis suæ in propria non commorantes; summonendo etiam effrenatam multitudinem juratorum, ita ut a quibusdam, eos in pace dimittendo, pecuniam extorqueant, et sic capta fuerit assisa, et jurata multociens per pauperiores, divitibus pro suo dando domi commorantibus; statutum est de cetero quod non f. 61.
summoneantur in assisa una plures quam xxiiii.; senes etiam, videlicet ultra sexaginta et decem annos, perpetuo languidi, vel tempore summonitionis, vel in propria commorantes, non ponantur in juratis vel minoribus assisis. Nec etiam ponantur in assisis aut juratis, licet in proprio comitatu capi debeant aliqui, qui minus tenementum teneant quam viginti solidorum per annum. Et si hujusmodi assisæ et juratæ extra comitatum capi debeant, non ponatur in eis aliquis qui minus tenementum habeat quam ad valentiam quadraginta solidorum per annum; illis exceptis qui testes sunt in cartis, vel in aliis scriptis, quorum præsentia necessaria est, dum tamen potentes sint ad laborandum. Nec debet illud statutum extendi ad magnas assisas, in quibus oportet aliquando ponere milites in patria non residentes, propter paucitatem militum, dum tamen in comitatu habeant [tenementum]. Et si vicecomites vel subballivi sui, seu ballivi libertatum, contra istud statutum in aliquo articulo venerint, et super hoc convincantur, restituant dampna gravatis, et nichilominus sint in misericordia domini regis.

Et habeant justiciarii ad assisas capiendas assignati, cum in comitatu venerint, potestatem audiendi querimonias singulorum conquerentium, quoad articulos in isto statuto contentos, et justiciam in forma prædicta exhibendi.

§ 39.

Quia justiciarii, ad quorum officium spectat unicuique coram eis placitanti justiciam exhibere, frequentius impediuntur quo minus officium suum debito modo exequi possint, per hoc quod vicecomites brevia originalia non retornant; per hoc etiam quod ad brevia regis falsum retornant responsum; providit dominus rex et ordinavit quod illi qui timent maliciam vicecomitis liberent brevia sua originalia et judicialia in pleno comitatu, vel in retro comitatu, ubi fit collectio de denariis domini regis, et capiatur bilettum de vicecomite præsente, vel subvicecomite, in quo biletto contineantur nomina petentium[1] et tenentium, qui nomi-
f. 61 *b*. nantur in brevi; et ad requisitionem illius qui breve liberavit apponatur sigillum vicecomitis, vel subvicecomitis, in testimonium, et fiat mentio de die liberationis brevis. Et si vicecomes, vel subvicecomes, hujusmodi biletto sigilla sua apponere noluerint, capiatur testimonium militum et aliorum fide dignorum, qui præsentes fuerint, qui sigilla sua hujusmodi biletto apponant. Et si vicecomites brevia sibi liberata non retornaverint, et super hoc ad justiciarios querimonia perveniat, mandetur per breve de judicio justiciariis ad assisas capiendas assignatis, quod inquirant per eos qui præsentes fuerint, quando breve vicecomiti liberatum fuit, si sciverint illam liberationem, et inquisitio retornetur. Et si compertum fuerit per inquisitionem quod breve ei fuit liberatum, adjudicentur petenti vel querenti dampna, habito respectu ad quantitatem et qualitatem actionis, et ad periculum quod ei evenire posset per dilationem quam patiebatur. Et per istam viam fiat remedium quando vicecomes respondet quod breve adeo tarde venit, quod preceptum regis exequi non potuit. Multociens etiam capiunt placita dilationem, per hoc quod vicecomes respondet, quod precepit ballivis alicujus libertatis, qui nichil inde fecerunt, et nominant libertates qui nunquam returnum brevium

[1] parcium MS.

habuerunt. Propter hoc ordinavit dominus rex quod thesaurarius de Scaccario liberet in rotulo omnes libertates in quibuscumque comitatibus quæ habent returnum brevium. Et si vicecomes respondeat ballivis alterius libertatis quam alicujus contentæ in prædicto rotulo, statim puniatur vicecomes, tanquam exheredator domini regis et coronæ suæ.

Et si forte respondet quod returnavit ballivis alicujus libertatis quæ veraciter returnum habet, mandetur vicecomiti quod non omittat propter libertatem quin exequatur preceptum domini regis, et quod scire faciat ballivis, quibus fecit returnum, quod sint ad diem in brevi contentum, ad respondendum quare de precepto domini regis executionem non fecerint. Et si ad diem venerint, et se acquietent quod returnum non fuit eis factum, condempnetur vicecomes domino illius libertatis, et similiter parti lesæ per dilationem in restitutionem dampnorum.

Et si ballivi ad diem venerint, vel non venerint, et supradicto modo se non acquietaverint in quolibet brevi de judicio quamdiu durat placitum, precipiatur vicecomiti quod non omittatur propter libertatem &c. Multociens etiam falsum dant responsum, quoad illum articulum, *Quod de Exitibus* &c., mandantes aliquando f. 58 *b*.
et mentientes, quod nulli sunt exitus, aliquando quod parvi sunt exitus cum de majoribus respondere possint, aliquando non facientes mentionem de exitibus; propter quod ordinatum et concordatum quod si querens petat auditum responsi vicecomitis concedatur ei; et si offerat verificare quod vicecomes de majoribus exitibus respondere potuit, fiat ei breve de judicio ad justiciarios ad assisas capiendas assignatos, quod inquirant in præsentia vicecomitis, si interesse voluerit, de quibus et quantis exitibus vicecomes respondere potuit, a die receptionis brevis, usque ad diem in brevi contentum. Et cum inquisitio retornata fuerit, si de pleno prius non respondebat, oneretur de superplusagio per extrac-

tas liberatas ad Scaccarium, et nichilominus graviter amercietur pro concelamento. Et sciat vicecomes quod redditus, blada in grangia, et omnia mobilia, præter equitaturam, indumenta, et utensilia domus, continentur sub nomine exituum. Et præcepit dominus rex [quod vicecomites] pro hujusmodi falsis responsis semel et iterum, si sit necesse, per justiciarios castigentur. Et si tertio deliquerint alii non apponant manum quam dominus rex. Multociens etiam falsum dant responsum mandando quod non potuerunt prosequi præceptum regis propter resistentiam alicujus magnatis, de quo caveant vicecomites de cetero, quia hujusmodi responsio multum redundat in dedecus domini regis; et quam cito subballivi sui testificentur quod invenerunt hujusmodi resistentiam, statim omnibus omissis, assumpto secum posse comitatus, eat in propria persona et faciat executionem. Et si inveniat subballivos suos mendaces puniat eos per prisonam, ita quod alii per eorum penam castigentur. Et si inveniat eos veraces castiget resistentes per prisonam, a qua non deliberentur sine præcepto domini regis. Et si forte vicecomes cum venerit resistentiam invenerit, certificet curiam de nominibus resistentium, auxiliantium, consentientium, et fautorum, et per breve de judicio attachientur per corpora ad veniendum ad curiam. Et si de hujusmodi resistentia convincantur, puniantur secundum quod domino regi
f. 59. placuerit. Nec intromittat se aliquis minister domini regis de pena hujusmodi infligenda, quia dominus rex hoc sibi specialiter reservat, pro eo quod hujusmodi resistentes censentur pacis suæ et regni perturbatores.

§ 40.

Cum quis alienet jus uxoris suæ, concordatum est quod de cetero secta mulieris, aut ejus heredis, non differatur post obitum viri, propter minorem ætatem here-

dis qui warantizare debuit, sed expectet emptor, qui ignorare non debuit quod jus alienum emit, usque ad ætatem waranti sui de warantizatione sua habenda.

§ 41.

Statuit dominus rex quod si Abbates, Priores, Custodes Hospitalium, et aliarum domorum religiosarum, fundatarum ab ipso vel a progenitoribus suis, alienaverint tenementa domibus ipsis ab ipso vel a progenitoribus suis collata, tenementa illa in manu domini regis capiantur.

§ 43.

Prohibetur de cetero Hospitalariis et Templariis ne f. 62.
de cetero trahant aliquem in placitum coram conservatoribus privilegiorum suorum, de aliqua re cujus cognitio spectat ad forum regium. Quod si fecerint, primo restitutis dampnis parti gravatæ versus dominum regem graviter puniantur. Prohibet etiam dominus rex conservatoribus privilegiorum eorundem ne de cetero ad instantiam Hospitalariorum, Templariorum, aut aliorum privilegiatorum, concedant citationes, priusquam exprimatur super qua re fieri debeat citatio. Et si viderint hujusmodi conservatores, quod petatur citatio de aliqua re, cujus cognitio ad forum spectat regium, hujusmodi conservatores nec citationem faciant nec cognoscant. Et, si aliter fecerint, conservatores respondeant parti lesæ de dampnis; et nichilominus versus dominum [regem] graviter puniantur. Et quia hujusmodi privilegiati impetrant conservatores, subpriores, precentores, sacristas, viros religiosos, qui nichil habent unde lesis aut domino regi satisfacere possint, qui audaciores sunt ad lædendam dignitatem domini regis, quam eorum superiores, quibus per eorum temporalia pena potest infligi,

caveant de cetero hujusmodi prælati obedientiariorum ne permittant obedientiariis suis assumere sibi jurisdictionem in præjudicium domini regis et coronæ suæ. Quod si fecerint pro facto ipsorum respondeant superiores, ac si de proprio facto suo convicti essent.

§ 44.

De custodibus hostiorum in itineribus, et virgam portantibus coram Justiciariis de Banco, ordinatum est quod in qualibet assisa et jurata, quam custodiunt, capiant quatuor denarios tantum ; de cyrographis nichil. De hiis qui recuperant demandas suas per defaltam, redditionem, vel alio modo per judicium, sine assisis et jurata, [et] de hiis qui recedunt sine die per defaltam petentis, vel querentis, nichil capiant. Et si quis recuperaverit demandam versus plures per unum breve, et per recognitionem assisæ, vel juratæ, de iiii. den. sit contentus tantum. Et similiter si plures in uno brevi nominati per recognitionem assisæ vel juratæ, de iiii. den. tantum sit contentus. De hiis qui faciunt homagium in
f. 62 *b*. Banco, de superiori panno sint contenti. De magnis assisis, et attinctis, juratis, et duello percusso, xii. den. tantum capiant. De hiis qui vocati [sunt] coram justiciariis ad sequendum vel defendendum placitum suum, nichil dent pro ingressu et egressu. Ad placita Coronæ de qualibet duodena xii. den. tantum capiantur. De quolibet prisonæ deliberato iiii. den. tantum capiant. De quolibet, cujus pax proclamata fuerit, xii. den. tantum capiant. De inventoribus vicinis et aliis attachiatis villatis, iiii. hominibus, et preposito decennario, capiant nichil. De cyrographariis pro cyrographo suo faciendo statutum est quod quatuor solidis sint contenti. De clericis scribentibus brevia originalia et judicialia statutum est quod pro brevi de[uno] denario sint contenti. Et injungit dominus rex omnibus justiciariis suis, in

fide et sacramento quibus ei tenentur, quod si hujusmodi ministri contra prædictum statutum in aliquo venerint, et queremonia ad eos pervenerit, penam eis infligant rationabilem. Et si iterum delinquerint majorem penam eis infligant, qua castigari merito debeant. Et si tertio deliquerint, et super hoc convicti fuerint, si sint ministri de feodo, amittant feodum suum, si alii sunt amittant curiam domini regis, nec redeant[1] sine ipsius regis speciali præcepto aut gratia.

§ 45.

Quia de hiis quæ recordata sunt coram Cancellario domini regis et ejus justiciariis, qui recordum habent et in rotulis eorum inrotulata, non debet fieri processus placiti per summonitionem, attachiamenta, essonium, visus terræ, et alias solempnitates curiæ, sicut fieri consuevit de contractibus et conventionibus factis extra curiam; observandum est de cetero quod ea quæ inveniuntur inrotulata coram hiis qui recordum habent, vel in finibus contenta, sive [sint] contractus, sive conventiones, sive obligationes, sive servicia, aut consuetudines recognitas, sive alia quæcunque irrotulata, quibus curia domini regis, sine juris et consuetudinis offensa, auctoritatem præstare potest, talem de cetero habeant vigorem, quod non sit necesse imposterum de hiis placitare; sed cum venerit conquerens ad curiam domini f. 63.
regis, si recens sit cognitio vel finis, viz. infra annum in brevi levatus,[2] statim habeat breve de executione illius recognitionis factæ. Et si forte a majori tempore transacto facta fuerat[3] illa recognitio, vel finis levatus, præcipiatur vicecomiti quod *Scire facias* parti de qua sit querimonia, quod sit ad certum diem ostensurus si quid sciat dicere quare hujusmodi irrotulata, vel in

---

[1] recedant MS.
[2] levant MS.
[3] Sic MS.

fine contenta, executionem habere non debeant. Et si ad diem venerit, vel forte non venerit, et nichil sciat dicere quare executio fieri non debeat, præcipiatur vicecomiti quod rem irrotulatam, vel in fine contentum, exequi faciat. Eodem modo mandetur ordinario in suo casu, observato nichilominus quod supradictum est de medio, qui per recognitionem aut judicium obligatus est ad acquietandum.

§ 46.

Cum in statuto edito apud Mertone concessum fuerit quod domini vastorum, boscorum, pasturarum, aproviare[1] se possint de vastis, boscis, et pasturis illis, non obstante contradictione tenentium suorum, dummodo tenentes ipsi haberent sufficientem pasturam ad tenementa sua, cum libero ingressu et egressu ad eandem, et pro eo quod nulla fiebat mentio inter vicinum et vicinum, multi domini vastorum, boscorum, et pasturarum, hucusque impediti extiterint propter contradictionem vicinorum sufficientem pasturam habentium ; et quia forinseci tenentes non habent majus jus communicandi in vasto, aut pastura, domini alicujus, quam proprii tenentes ipsius domini; statutum est de cetero quod statutum apud Mertone provisum, inter dominum et tenentes suos, locum habeat de cetero inter dominos vastorum, boscorum, et pasturarum, et vicinos ; ita quod domini hujusmodi vastorum, boscorum, et pasturarum, salva sufficienti pastura hominibus suis et vicinis, aproviare se possint de residuo. Et hoc observetur de hiis qui clamant pasturam tanquam pertinentem ad tenementa sua. Sed si quis clamat communam per speciale feoffamentum, vel concessionem, ad certum numerum averiorum, vel alio modo, quam de jure communi habere deberet, cum conventio legi deroget, habeat suum

[1] aprowiare MS.

recuperare, quale habere deberet, per formam concessionis sibi factæ. Occasione molendini, ventricii, berkariæ, vaccariæ,[1] augmentationis curiæ necessariæ, aut curtil- f. 63 *d.*
lagii, de cetero non gravetur quis per assisam Novæ Disseisinæ. Et cum contingat aliquando quod aliquis habens jus aproviare se, fossatum aut sepem levaverit, et aliqui noctanter, vel alio tali tempore, quo non credant factum eorum sciri, fossatum aut sepem prostaverint, nec sciri poterit per veredictum assisæ aut juratæ qui fossatum aut sepem prostaverint, nec velint homines de vicinis villatis indictare de hujusmodi facto culpabiles, distringantur propinquæ villatæ circum adjacentes levare fossatum aut sepem ad custum proprium, et dampna restituere. Et cum aliquis jus non habens communicandi usurpet communam, tempore quo heredes extiterint infra ætatem, vel uxores sub potestate virorum existentes, vel pastura sit in manu tenentium in dotem, per legem Angliæ, vel alias ad terminum vitæ, vel annorum, vel per feodum talliatum, et pastura illa usi[1] fuerint, multi sunt in opinione quod hujusmodi pasturæ debent dici pertinere ad liberum tenentem, et quod hujusmodi possessori debet competere actio per breve Novæ Disseisinæ, si ab hujusmodi pastura deforcietur; sed de cetero tenendum est quod habentes hujusmodi ingressum, a tempore quo currit breve *Mortis Antecessoris,* si antea communam non habuerint, non habeant recuperare per breve Novæ Disseisinæ, si fuerunt deforciati.

§ 47.

Provisum est etiam quod aquæ de Humbre, Husse, Trente, Doon, Heyre, Derewent, Werf, Nid, Yore, Swale, Tese, et omnes aliæ aquæ, in quibus salmones capiuntur in regno, ponantur in defenso quoad salmones

---

[1] Sic MS.

capiendum a die Nativitatis Beatæ Mariæ usque ad diem Sancti Martini; et similiter quod salmunculi non capiantur nec destruantur per retia, vel per aliqua ingenia, ad stagna molendinorum, a medietate Aprilis usque ad Nativitatem Beati Johannis Baptistæ. Et in partibus ubi hujusmodi ripariæ fuerint, assigentur conservatores istius statuti, qui ad[1] hoc jurati sepius videant et inquirant de transgressoribus. Et in prima transgressione puniantur per combustionem retium et ingeniorum. Et si iterato delinquerint, puniantur per prisonam unius quarterii anni. Et si tertio delinquerint puniantur per prisonam unius anni. Et sic multiplicata transgressione crescat penæ inflictio.

§ 48.

f. 64. De visu terræ ordinatum est et statutum, quod de cetero non concedatur [visus] nisi in casu quando visus terræ [est] necessarius, sicuti si aliquis amittat tenementum per defaltam, et ille qui amisit suscitet breve ad petendum idem tenementum; et in casu quando quis per aliquam dilationem cassat breve post visum terræ, sicut per non tenuram,[2] vel [male] nominando villam, vel hujusmodi; si suscitet aliud breve, in hoc casu, et superiori, de cetero non concedatur visus dummodo visum habuit in prioribus brevibus. In brevi de dote, cum petitur dos de tenemento quod vir uxoris alienavit tenenti, aut ejus antecessori, cum[3] ignorare non debet tenens quale tenementum vir uxoris alienavit sibi vel antecessori suo, licet vir non obiit seysitus, nichilominus tamen tenenti de cetero non erit visus concedendus. In brevi etiam *De ingressu cassato,* per hoc quod petens nominavit male ingressum, si petens suscitet aliud breve de aliquo ingressu, si tenens in

---

[1] ob MS.
[2] temuram MS.
[3] tamen MS.

priori brevi habuit visum, in secundo non habebit. In omnibus etiam brevibus per quæ tenementa petentur ratione dimissionis quam petens vel ejus antecessor fecit tenenti et non antecessori, sicuti quod ei dimisit dum fuit infra ætatem, non compos mentis, in prisona, et consimilibus, non jaceat de cetero visus. Sed si dimissio facta fuerit antecessori, jaceat visus sicut prius.

Cap. V.

[*Statuta Wynton.*]

Edwardi tuta sunt hœc facta statuta.
Regis quem cernat Christus dum regna gubernat.

Pur ceo ke de jour en jour, roberies, homicides, arsuns plus soverneament sunt ke auant ne soleyent, e felonies ne poent estre ateinz par serement des jururs, ke plus uolunters soeffrent felonies, fetes as astranges genz, passer sanz peines, ke enditer meffessurs, dunt grant partye sunt gent de meyme le pays, ou al meyns, si les meffessurs sunt de autre pays, les recetturs sunt del uiegne; e ceo sunt pur tant ke serment nest mie dute ne as jururs, ne al pays ou les felonies furent fetes, quant a restitucion des damages, peyne auant ne fu purueue pur lur concelement e lur lachesce; nostre seygnur le rey, pur abatre le poer des feluns, si establist peine en cest kas, issi ke par pour de la peyne, plus ke par pour de serement, a nuli desoremes ne esparnient, ne nule felonie ne concelent; e maunde [1] [ke] solempnement seit la crie fete, en tuz Cuntez, Hundrez, Marchez, feyres, e tuz autrez luys, ou solempne assemble des genz serra, issi ke nul par ignorance se pusse escuser, ke chescun pais issi deshoremes seyt fet, si freche seute de uile en uile de pays en pays.

Statutes of Winchester, Edward I.

f. 64 *b*.

[1] *commaunde.*

Enquestes ensement seyent fetes si mester seyt en uiles, par celuy ke souerein est de la uile, e pus en hundrez, e franchises, e en cuntez, aucune fez en deus, treys, e quatre cuntez, en kas quant felonies serrunt fetes en marchez dez cuntez, issi ke les meffessurs pussunt estre eteinz. E si le pais de tels maneres mesfessurs ne respoinent, la peine serra tele, ke chescun pais, cest a sauer genz en pays de moranz, respoynent des roberies e des damages fetes, issint ke tut le hundred ou la roberie serra fete, ou les franchises ke sunt dedenz la purceynte de meime le hundred, respoynent de la roberie fete. E si la roberie seyt fete en deuise de deus hundrez si respoynent amedeus les hundrez ensemblement, ou les franchises ke dedenz la purceynte sunt; e plus lung terme ne auera le pays, apres la felonie e roberie, ke demy an dedens lequel il couendra ke il facent gre de la roberie fete, ou del meffet, ou kei resporgnent des cors des meffessurs.

E pur ceo ke le rey nelveot pas ke genz sodeinement seyent enpoveriz de ceste peyne, ke semblereit dure a acune gent, grante ke ele ne seyt mie meintenant encorue, mes prenge la peine respit deskes a la Pascke precheyn uenant, e dedenz le terme uerra le rey coment le pais se portera, e cesserunt teles robe-
f. 65. ries e felonies. Apres quel terme tuz seyent certeins e chescun le lauandite peyne curra generalement. Ceo est asauer, ke chescun pays, ceo est a sauer genz en pays de moran, respoygnent des roberies e felonies fetes en lur pays.

E a plus seurer le pays, ad le rey comaunde ke en les granz uiles, ke sunt closes, les portes seyent fermez del solail rescusse deskes al solail levant; e ke nul homme ne herberge en suburbe, ne en foreyn chef des uiles, si de jur nun, ne uncore de jour si le hoste ne voille pur li respundre; e ke les baillifs des viles chescune symaine, ou al meins quinzeine facent enquestes des genz herbergez en suburbes, et en foreinz chef de uiles; e si il trevent

nul herberiur, ke receiue gent ou herberge en autre manere, ou gent de suspeciun seyent ke il seyent gent en cuntre la pes, si enfacent les baillifs dreiture.

E deshoremes est comaunde ke les uiles seyent fetes, issi cum hauncienment soleynt estre, ceo est a sauer del jur del Ascenciun cheskes a jour Seynt Michel, en chescune cite par sis hummes, en chescun burch par duze hommes, en chescune uile entere sis hommes ou quatre, sulum numbre des genz ke ihabitent, e facent la uile continualment tute la nust, del solail rescusse jeskes al solail leuant. E si nul estrange passe par eus, seit a restu jeskes al matin. E si nule suspeciun ne seit trove auge quites. E si emtroue suspeciun seit liuere al uiscunte meintenant, e sanz daunger le resceiue, e sauement le garde, deskes atant ke endue manere seit deliuere. E si eus ne soffrent pas a rester, seit hu e cri leue sur eus, e ceus ke funt la veille les siwent od tute la uile, e oue ueysine uiles, oue hu e cri de uile en uile, deskes atant ke il seyent pris e liuerez al uiscunte, si cum est auant dist. E pur le resteement de cels estranges nul ne seit a chescune.

Comande est ensement, ke les hauz chemins des uiles marchandes, e autres uiles marchandes, seyent deshoremes enlargiz, la ou yli ad bois, ou haies, ou fossez, issi ke il ny eist fosse, suzbois, ou boissons, ou len pusse tapir pur mal fere, pres del chemin, de deus cent pez de une part, e deus cent pez de autre part, issi ke cest estatut poynt ne se estende as keygnes, ou as gros suz, par quey ceo seit cler desuz. E si par defaute del seygnur ke ne vudra fosse, surboys, ou boissons, en la furme ke est auantdite abatre, roberies seyent fetes, si respoygne le seygnur; e si il eit murdre, si seyt le seygnur reint a la uolunte le rei. E si le seygnur ne sofist a suzbois abatre, si li eyde le pays a ceo fere. E le rei voet ke en ses de meine terres, e boys, de densz foreste e dehors, seyent enlargiz, cum auant est dist. E si par kas park seyt pres de haut chemin, si f. 65 *b*.

conuendra ke le seygnur del park amenuse sun park, jekes atant ke il eit la leese de deus cent peez pres de chemin, cum auant est dist, ou ke il face tel mur fosse ou haye ke mesfesurs ne pussent passer ne returner.

Comande est ensement, ke chescun homme eit en sa mesun armure pur la pes garder, solum la aunciene assise ; co est asauer ke chescun homme, entre quinze aunz e seissant, seynt assis e jures as armes, solum la quantite de lur tres e de lur chateus ; ceo est a sauer, a quinze liure de tere, e as chateus de quarante mars, hauberk, chapel de fer, espeye, cutel e chiual ; a dis liure de tere, e chateus de vint mars, hauberium, chapel, espee, e cutel ; a cent souchees de tere, parpoynt, chapel de fer, espe, e cutel ; a quaraunte souchees de tere, e de plus, jekes a cent souz, espee, ark, e setes, e cutel. E ke meins ad de quarante souchees de tere, seit jure as fauz gisarmes, cuteus, e autres menuz armes ; ke meins ad de chateus de vint mars, espees, cuteus, e autres menuz armes. E tuz les autres ke aver pount, eient arks e setes, hors de foreste, e en foreste arks e piles. E ke ueue des armes seit fete deus fez par an.

f. 66. E en chescun hundred, e franchise seint estuz deus conestables, a fere la ueue des armes. E les conestables auant diz presentent deuant les justices assignez, quant il uendrunt en le pais, les defautes ke il auerunt troue de armure ; e dewetes[1] de uiles, e de chemins ; e presentent ausi des genz, ke herbergent genz estranges en viles de Oppelande, pur quels il ne volent respondre.

E les justices assignez en checun parlement representent al rei. E le rei sur ceo en fra remedie. E ben se gardent deshoremes, viscuntes, baillifs dedenz franchise e de hors, greignors ou meindres, ke baillie

---

[1] Sic MS. [de suites?].

ou forestrie out en fee, ou en autre manere, ke il siwent le cri oue le pays; e solum ceo ke il sunt eient chiuaus e armure a ceo fere. E si nul seit ki nel face, seient les defautes presentez par les conestables as justices assignez, e pus apres par eus al rei, cum auant est dist. E comaunde le rei e defend, ke feire ne marche deshoremes ne seient tenuz en cimetere, pur honur de Seinte Eclise. *Done a Wincestre.*

Cap. VI.

Redditus burgi Malmesburiæ, ut de Burgagio, Langabulo et Cherechsecto. f. 69.

Willelmus de la Sale pro domo sua in Estret, juxta domum Thomæ le harpur, reddit de burgagio per annum, vi. *d.* Rents and revenues.

Idem Willelmus pro tenemento ex opposito stallorum, quod fuit quondam Alexandri Spilewyn, xii. *d.*

Item idem Willelmus pro domo quondam Roberti Revel, sita juxta domum ejusdem Willelmi contra theoloneum, vii. *d. ob.*

Emma Lucas pro duabus domibus, videlicet pro domo illa quæ est juxta domum Giliberti le Sopere, et domo illa quæ est in illo viculo qui se ducit versus parvam portam de Wynierd, et quæ fuit quondam Johannis Hereberd, xi. *d. ob.*

Ricardus Physik, pro tenemento quod tenet de sacrista in Magna Strata, quod fuit Radulfi le Graunt, xii. *d.*

Gervasius le Tayllur, pro domo juxta capellam Omnium Sanctorum, et pro domo in la Blyndelane, xvi. *d.*

Ricardus Hasard, pro domo quæ fuit Edithæ la Blakestre ex opposito domus quondam Johannis de Hussebourne in Magna Strata, vi. *d. ob.*

Modo in Nethwalle, a porta australi per partem illam quæ se extendit versus portam de Wyneierd, et de porta illa usque Hospitale Sancti Johannis.

Margeria Pacy, pro domo quondam Adæ Froggemere, juxta domum Rogeri Dohg, iiii. *d.*

Rogerus Dohg, pro domo juxta domum Radulfi Handsex, et quæ fuit aliquando Johannis Steorre, iiii. *d.*

Radulphus Handsex, pro domo quondam Godfredi et juxta domum Henrici Mudduk, vi. *d.*

Henricus Mudduk, pro domo quondam Willelmi le Nappare, juxta domum Agnetis le Glovare, vi. *d.*

Agnes la Glovare, pro domo quondam Aliciæ Selkyld, juxta domum prædicti Henrici Mudduk, iiii. *d.*

Johannes le Porter, pro domo juxta domum prædictæ Agnetis et domum pitanciarii, iii. *d.*

Pitanciarius, pro domo juxta domum Willelmi filii Galfridi le Carpenter, iii. *d.*

f. 68 *b.* Idem Willelmus, pro medietate tenementi quod fuit Roberti Wyberd, juxta domum prædicti pitanciarii, iii. *d.*

Johannes Dohg, pro altera medietate ejusdem tenementi, iii. *d.*

Hugo Tinctor, pro tenemento juxta domum quondam Thomæ Purs, et modo Herberti de Boruhtone, xii. *d.*

Idem Herbertus, pro domo juxta domum prædicti Hugonis, viii. *d.*

Agnes, filia Sarræ Handsex, et Willelmus Rubens faber, pro duabus domibus ex opposito parvæ portæ de Wynierd, vi. *d.*

Rogerus Dohg, pro domo juxta domum Willelmi filii Galfridi le Carpenter, quæ fuit quondam Roberti Capellani fratris sui, iii. *d.*

Idem Willelmus le Carpenter, pro domo juxta domum quondam Johannis Tryok et modo Aliciæ Tryok, iii. *d.*

Dicta Alicia Tryok, pro domo juxta domum custodis altaris Beatæ Mariæ in abathia, vi. *d.*

Willelmus filius Galfridi le Carpenter, pro tenemento

sito juxta tenementum Hospitalis Sancti Johannis, xii. *d.*

Prior Hospitalis Sancti Johannis, pro toto situ hospitalis; videlicet, pro terra Willelmi Aldune, et terra *De profundis,* et terra Thomæ Purs, ii. *s.* viii. *d. q.*

Modo apud Boruthone.

Johannes Sewaker de Malmesburia, pro terra quondam Thomæ le Teu apud Boruhtone, xii. *d.*

Johannes le Carter, pro tenemento quondam Ricardi Sewaker, et quod fuit Walteri de Caldecote, x. *d.*

Fratres Hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ, pro tenemento Julianæ Sewaker, x. *d.*

Willelmus le Chareter, pro tenemento juxta tenementum quondam Julianæ Sewaker, in parte australi, xiii. *d. ob.*

Fratres Hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ, pro domo vicina in parte australi, vi. *d. ob.*

Modo in Nethewalle ad quandam placeam quæ fuit Willelmi Saluf juxta domum Johannis Mile.

Sarra Handsex, pro quadam parte illius placeæ, iiii. *d.*

Procuratores de servicio Beatæ Mariæ, ecclesiæ Sancti f. 69.
Pauli, pro quadam parte illius placeæ, ii. *d.*

Rogerus Dohg, pro quadam parte illius placeæ, ii. *d.*

Ricardus le Prestre, pro domo juxta prædictam placeam, iiii. *d.*

Idem Ricardus, pro domo juxta domum Henrici Tinctoris, viii. *d.*

Idem Ricardus, pro pratello ex opposito pontis de Mulebrigge, iii. *d.*

Idem Ricardus, pro quodam curtillo prope prædictum pratellum, i. *d.*

Henricus Tinctor, pro domo quondam Walteri le Clackere, juxta domum Thomæ le Faukener, iiii. *d.*

Thomas le Fåukener, pro celario domus suæ quam inhabitat, ii. *d.*

Idem Thomas, pro domo juxta domum Roberti Bernard et quondam Isabellæ Selkyld, iiii. *d.*

Idem Robertus Bernard, pro domo juxta domum Margaretæ le Teynteresce, xii. *d.*

Margareta Tinctrix, pro domo juxta domum quondam Margeriæ Pacy et modo Adæ, servientis sacristæ, x. *d.*

Adam, serviens sacristæ, pro domo juxta domum Matildæ, relictæ Ricardi Pistoris, iii. *d.*

Dicta Matilda, pro domo juxta tenementum pitanciarii, ix. *d.*

Pitanciarius, pro duobus tenementis juxta domum Hugonis Tinctoris, ii. *sol.*

Idem Hugo Tinctor, pro terra le Benling juxta domum Sarræ Handsex, xii. *d.*

Sarra Handsex, pro domo quondam Willelmi Handsex, juxta domum Ceciliæ Handsex, xii. *d.*

Cecilia Handsex, pro domo quondam Nicholai Fullonis, juxta Lourcebourne, xii. *d*

Willelmus Curteys, pro terra Hodel subtus Kyngelwalle, ii. *s.*

Modo infra murum per occidentalem partem magnœ stratœ villœ Malmesburiœ.

Willelmus, filius Galfridi le Charpenter, pro domo juxta domum Rogeri le Marscal, xi. *d. ob.*

Cristina, soror ejusdem Willelmi, pro domo juxta domum Ricardi Waryn, xi. *d. ob.*

f. 69 *b.* Ricardus Waryn, pro domo juxta domum Radulphi le Burgeys, xi. *d. ob.*

Radulfus le Burgeys, pro domo juxta domum sacristæ, xi. *d. ob.*

Sacrista, pro domo quondam Willelmi le Mouner, juxta domum Ricardi le Burgeys, v. *d. ob. q.*

Ricardus le Burgeys, pro domo quondam Reginaldi le Thwang, juxta domum sacristæ, v. *d. ob. q.*

Willelmus le Porter, pro domo Emmæ Florye ex opposito ecclesiæ Sancti Pauli, xii. *d.*

Willelmus Hasard, pro domo juxta domum vicarii de Bineport, in parte occidentali, xi. *d. ob.*

Pitanciarius, pro domo ejusdem vicarii versus parvam posterulam, iiii. *d.*

Modo contra Gialdam de Bineport.

Johannes Selkyld, pro domo quam tenet de abbathia, et quæ fuit quondam Elyæ Pistoris, viii. *d.*

Idem Johannes Selkyld, pro domo quondam Giliberti le Taylur, contra Gyaldam, viii. *d.*

Willelmus Hasard, pro domo quondam Agathiæ le Vinitere, contra eandem Gyaldam, viii. *d.*

Modo in Westeport apud Burneval.

[1] Edwardus de Lacok, pro domo quondam Radulphi le marescal, subtus capellam Sanctæ Mariæ, iii. *d.*

Idem Edwardus, pro domo quondam Willelmi Richer, juxta domum prædicti Edwardi, iii. *d.*

Camerarius tenet tenementum quondam Aliciæ Gerveys, juxta domum prædicti Edwardi, et reddit, vi. *d.*

Pitanciarius tenet tenementum illud quod est juxta domum prædicti camerarii, et reddit, vi. *d.*

[1] Sacrista tenet duo tenementa quondam Ricardi de Albo Monasterio, et reddit, vi. *d.*

Rogerus Handsex, pro tenemento juxta domum Bartholomei Aunger in Burneval, vi. *d.*

Matilda le Clerkes de Brokinberge et soror sua, uxor Johannis de Calstone, pro terra extra Barram, xii. *d.*

Custos altaris Beatæ Mariæ, pro tenemento Obbæ, ex f. 70.
opposito domus vicarii de Westeport, et sunt tres domus, xii. *d.*

Pitanciarius, pro tenemento quondam Symonis le Ireys, ex opposito muri vicarii de Westeporte, versus pontem le Theyn, xi. *d.*

---

[1] A pen has been run through this entry.

Idem pitanciarius, pro domo Reginaldi le Ireys ibidem, iii. *d.*

Sacrista, pro terra Scalegrey, quæ vacua est, juxta domum Sibillæ Kybus, vi. *d.*

Sibilla Kybus, pro domo, quæ angularis est, versus Garesdiche, et versus croftam Thomæ Bryan, ii. *d. ob.*

Pitanciarius, pro quodam curtillagio juxta domum prædictæ Sibillæ, et pro tenemento quondam Godchild et Cristinæ le Roer, xii. *d.*

Idem pitanciarius pro domo quondam Clementis, quam Johannes Cocus tenuit, versus pontem le Theyn, vi. *d.*

Modo in altera parte stratæ versus aquam de Yngelburne, in parte orientali.

Bartholomeus Aunger, pro tenemento quondam Willelmi de Hundlavintone, versus pontem le Theyn, ex opposito tenementi quondam Clementis Sporun, viii. *d.*

Willelmus Trubbe, pro terra Warini le Buteler, juxta domum prædicti Bartholomei, viii. *d.*

Elemosinarius, pro terra quæ fuit Reginaldi le Porter, juxta domum prædicti Willelmi, quam Ricardus le Macun tenet, et elemosinarius reddit, viii. *d.*,[1] xii. *d.*

Ricardus de la Cerceryе, pro duabus domibus sitis juxta domum Ricardi le Macun, pro terra Gurleth., vi. *d.*

Pitanciarius, pro tenemento Edithæ Wynty, juxta domum prædicti Ricardi, vi. *d.*

Wybertus de Chereletone, pro duobus tenementis, juxta viculum qui se duxit ad aquam de Ingellbourne, xii. *d.*

Relicta Johannis Fabri, pro tenemento juxta domum Margeriæ Cardun, vi. *d.*

Walterus Gilewys, pro tenemento suo ad gabulum cancelli ecclesiæ Sanctæ Mariæ, xii. *d.*

---

[1] The viii. *d.* is erased and xii. *d.* added in a more modern hand.

Bartholomeus Aunger, pro duabus partibus tenementi quondam Walteri Cloccoppe, juxta tenementum Johannis Bruges, iiii. *d.*

Willelmus le Vannur, pro tertia parte ejusdem tenementi, ii. *d.* f. 70 *b.*

Item idem Willelmus le Vannur, pro domo quam inhabitat juxta tenementum prædicti Bartholomei, iiii. *d.*

Willelmus Nobelot, pro tertia parte ejusdem tenementi, ii. *d.*

Johannes de la Porte, pro domo juxta domum Thomæ de Bremelham, ii. *d.*

Thomas de Bremelham, pro domo sua juxta domum Johannis Sewaker, ii. *d.*

Modo contra Gialdam de Westeport.

Willelmus Aynulf, pro domo sua contra Gyaldam de Westeporte et retro tenementum Bartholomei Aunger, iiii. *d.*

Walterus Pacuy, pro tenemento quondam Edithæ la Vannare ex opposito portici ecclesiæ Sanctæ Mariæ, xii. *d.*

Bartholomeus Aunger, pro tenementis suis contra ecclesiam Sanctæ Mariæ, xvii. *d.*

Willelmus, sacerdos de Remmesburia, pro domo sua juxta domum Ricardi Holepenne, iiii. *d.*

Infirmarius, pro tenemento Melksop, juxta domum prædicti Willelmi Capellani, vi. *d.*

Bartholomeus Aunger, pro domo juxta domum Johannis Sewaker, quæ est angularis versus Lokeputtestrete, iiii. *d.*

Johannes Sewaker, pro dicta domo sua angulari versus Lokeputtestrete, iiii. *d.*

Modo ad domum Thomæ filii Rogeri le Bunt, et sic a domo illa in circuitu usque ad eandem domum.

Thomas le Bunt, pro tenemento quondam Rogeri le Bunt, quod est angulare, xii. *d.*

Johannes le Draper, filius Jordani le Draper, pro tenemento juxta tenementum Nicholai le Wymplur, quod est de feodi Wyberti de Cherletone, viii. *d.*

Nicholaus le Wymplur, pro tenemento quondam Willelmi le Bracur, de feodo ejusdem Wyberti, iiii. *d.*

f. 71. Willelmus de Coubrigge, pro tenemento contra clocherum Sanctæ Mariæ, in parte boreali, xii. *d.*

De quadam placea, quæ est vacua, juxta tenementum prædicti Willelmi, et quæ fuit Lamberti Duter, ii. *d.*

Hugo Tinctor, pro quadam domo juxta prædictam placeam, in parte boreali, iii. *d.*

Vicarius de Westeporte, pro domo quam inhabitat, xii. *d.*

Custos altaris Beatæ Mariæ in ecclesia Sancti Aldelmi, pro tenemento juxta domum Thomæ Gurgan, in parte australi, iiii. *d.*

Pitanciarius, pro domo juxta domum prædicti custodis, in parte australi, vi. *d.*

Custos altaris Beatæ Mariæ, Sancti Aldelmi, pro domo juxta domum prædicti pitanciarii, vi. *d.*

Pitanciarius, pro domo juxta domum Thomæ le Bunt, iiii. *d.*

[1] Summa redditus burgi Malmesburiæ, lxvi. *s.* xi. *d.*

Redditus Langabuli villæ Malmesburiæ, a placea juxta murum regis, quæ modo pundfalda est, usque ad posterulam illam, quæ est juxta domum Ricardi Hasard. Et sic a posterula illa per partem occidentalem magnæ stratæ usque ad portam.

Abbas, pro placea prædicta quæ fuit Hugonis Fabri, iii. *d.*

Alexander de la Sale, pro tenemento sito juxta eandem placeam, iiii. *d.*

Willelmus Hasard, pro tenemento quondam Roberti

[1] In a more modern hand.

Cleyat sito juxta domum Ricardi Hasard, quæ fuit quondam Lamberti, ii. *d.*

Ricardus de la Certrie, pro tertia parte tenementi prædicti Roberti Cleyat, i. *d.*

Ricardus Hasard, pro domo quondam Lamberti quam tenet ex pitanciaro, v. *d.*

Idem Ricardus, pro domo quondam Ricardi Coci, in qua habitat, prope posterulam, i. *d. q.*

Willelmus le Cartere, pro tenemento quondam Radulphi le Tayllur et Roberti le Pestur, prope domam Emmæ Flory, i. *d. q.*

Elyas Herbert, pro domo angulari quam tenet de sacrista, contra stallos, i. *d. q.*

Willelmus le Vis, pro tenemento suo in magna strata, f. 71 *b.* juxta domum quondam Julianæ la Cleregesse, et modo Johannis de Slautreford, vii. *d. ob.*

Lovecokus de Cyrencestria, pro domo juxta domum Gunnildæ Campedene, et quondam Willelmi Charite et Willelmi Passemer, vii. *d. ob.*

Modo sub muro, a porta australi per partem occidentalem ipsius stratæ usque Melebrigge.

Rogerus Dohg, pro domo quæ fuit fabrica Walteri, sita juxta eandem portam, i. *d. q.*

Willelmus Curteys, pro tenemento le Hodel sito subtus Kyngeswalle, juxta pratum Sancti Aldelmi, i. *d. q.*

Johannes Mile, pro tenemento Johannis mercatoris ex opposito Hospitalis Sancti Johanni, i. *d. q.*

Modo apud Boruhtone.

De fratribus Hospitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ, pro domo quondam Willelmi Schuphur de sito ex opposito prædicti hospitalis, i. *d. q.*

Modo ad domum Phillipi le Fulour, quæ fuit Radulfi Hackenose, sitam usque aquam de Wynyerd, et pro eadem de Thoma le Taylur, et Waltero le Poleter, i. *d. q.*

Modo a parva porta versus Wynierd per alteram partem stratæ de Nethewalle usque ad portam australem.

Adam le Hopare, pro terra quondam Serich le Cart [ere] sita juxta eandem portam, i. *d. q.*

Alicia, relicta Johannis Triok, pro domo quondam Rosselini, sita juxta tenementum Herberti de Boruhtone, et quondam Roberti Purs, i. *d. q.*

Herbertus de Boruhtone, pro terra Regin[aldi] Purs, sita ex opposito portæ grangiæ hospitalis Sancti Johannis, ii. *d.*

Margareta Pacy, pro tenemento quondam Agn[etis] sito juxta domum pitanciarii, quæ fuit Roberti Pacy, in qua habitavit, iii. *d.*

Item ipsa Margareta, pro domo prædicti Roberti Pacy, et quondam viduæ le Trendelove, juxta domum Adæ Lullay, et modo sacristæ, vi. *d.*

Sacrista pro domo quondam Adæ Lullay, juxta domum Johannis le Pope, extra portam australem in parte orientali, iii. *d.*

Modo infra eandem portam ex parte orientali magnæ stratæ usque domum Willelmi de la Sale contra stallos.

f. 72. Procuratores altaris Beatæ Mariæ, ecclesiæ Sancti Pauli, pro domo quondam Herberti Sutoris juxta domum Edithæ le Faukener, et est domus angularis, vii. *d. ob.*

Cusse Handsex, pro domo quondam Isabellæ viduæ Matthæi, juxta viculum inferiorem versus portem australem, ix. *d.*

Gilbertus le Mercer, pro domo quondam Willelmi filii Roberti juxta domum Emmæ Lucas, vii. *d. ob.*

Robertus le Bonk, pro tenemento quondam Johannis Brian quod tenet de pitanciario juxta domum Willelmi le Tannur, quod fuit Ricardi Sem., vii. *d. ob.*

Willelmus le Tannur et Willelmus Pacy, pro tenemento quondam Willelmi Mechyld juxta domum Henrici Dolyn, iii. *d. ob. q.*

Henricus Dolyn, pro terra Le Hopare juxta domum Willelmi de la Sale, iii. *d. ob. q.*

Willelmus de Coubrigge, pro tenemento quod fuit Le Prat juxta domum Gervasii Cissoris, in parte boreali, vii. *d. ob.*

Modo per viculum illum qui de stallis se ducit versus Estret.

Juliana filia Willelmi le Myre, pro tenemento quondam Walteri Handsex juxta domum Emmæ Lucas, x. *d.*

Dominus Galfridus de Morle, pro tenementis suis, videlicet Emmæ Lucas, Aliciæ la Myre, Willelmi Pacy et Thomæ le Roer in Westeport, ii. *s.* iiii. *d.*

Modo extra portam orientalem.

Elemosinarius, pro tenemento quondam Hunfridi le Forester ex opposito domus Simonis Tinctoris, vii. *ob.*

Simon le Teynterer, pro tenemento quondam Johannis Aleman sito juxta viam quæ se ducit versus Wynyerd, vii. *d. ob.*

Relicta Milonis de Hanekyntone, pro tenemento quod tenet de sacrista extra portam orientalem, quæ fuit Johannis Sturdi, i. *d. q.*

Modo infra portam orientalem per partem borealem ipsius stratæ pro tenementis elemosinarii. Et post per portam australem usque portam de Wynierd.

Elemosinarius pro quatuor tenementis infra dictam portam, ii. *s.* xi., *d. ob.*

Willelmus de la Sale, pro domo quondam Ricardi, fratris Magistri Johannis, juxta domum Ely Textoris, vi. *d.*

f. 72 *b*. Eva, relicta Mathei de Bremelham, pro domo angulari juxta domum Henrici le Marscal, xviii. *d*.

Henricus le Marschal, pro tenemento quondam Willelmi Pinchehaste, juxta domum prædictam, vii. *d. ob.*

Walterus sacerdos, pro tenemento Henrici le Tayllur apud la Brodestone, iiii. *d*.

Abbas, vel tenens, pro domo viciniori ex parte australi, quæ fuit Alewy, vii. *d. ob.*

Relicta Ricardi Wrog, pro domo quondam Katerinæ, videlicet in Estret, vii. *d. ob.*

Pitanciarius, pro domo quondam Griffini et Ricardi Hasard, ex opposito viculi qui dicitur Philippestone, v. *d*.

Procuratores altaris Beatæ Mariæ ecclesiæ Sancti Pauli, pro domo quondam Ricardi de Sancto Germano, juxta domum Aliciæ Rokhurde, ii. *d. ob.*

Redditus Langabuli villæ Malmesburiæ.

De Alicia la Rokhurde, pro domo quondam Walteri filii Coci, ex opposito domus quæ fuit scola magistri Ricardi, v. *d*.

Robertus de la Lee, pro placea illa quæ est juxta parvam portam versus Wynierd, i. *d. q.*

Modo in parvo viculo inferiori versus magnam stratam.

Willelmus le Bonk, pro domo quondam Ricardi de Thornhulle, juxta domum Henrici de Boruhtone in parte occidentali, vii. *d. ob.*

Alicia, filia Sybillæ Bolebahs, pro domo quondam Rogeri Divitis, juxta domum prædicti Willelmi le Bonk, ii. *d. ob.*

Modo in Griffineslane.

Pitanciarius, pro domo angulari in Griffinslane quæ fuit scola magistri Ricardi, i. *d. q.*

Procuratores altaris Beatæ Mariæ ecclesiæ Sancti Pauli, pro domo Ricardi Prat, juxta prædictam domum pitanciarii, vii. *d. ob.*

Modo in Phelipeslane.

Willelmus Hasard, pro domo Willelmi le Vyhs et pro terra R. Capellani, juxta domum Elyæ Herbert f. 73.
in parte occidentali, xi. *d. ob.*

Custos altaris Beatæ Mariæ ecclesiæ Sancti Aldhelmi, pro domo quondam Johannis de Evesham et Roberti de la Mare, juxta domum prædicti Willelmi, xi. *d. ob.*

Modo in la Blyndelane.

Custos altaris Beatæ Mariæ ecclesiæ Sancti Aldelmi, pro domo Adæ Petivallet et Roberti de la Mare, ex opposito curtillagii relictæ Ricardi Wrog, iiii. *d.*

Willelmus Hasard, pro domo Willelmi Freond et quondam Johannis de Husseboume, iiii. *d.*

Henricus de Husseboume, pro domo quondam Ricardi Canun, juxta domum Emmæ Lucas, iiii. *d.*

Emma Lucas, pro una domo retro domum Aliciæ la Myre, i. *d. q.*

Modo in Westeport in illo viculo versus la Baire.

Johannes Michel, pro tenemento Michaelis Trapel, juxta domum Hugonis Testard, i. *d. q.*

Willelmus de Monasterio, pro quadam placea versus la Gutere de Westeport, i. *d. q.*

Juliana Dolutel, pro domo Galfridi de la Schete ex opposito Guteræ prædictæ, viii. *d. ob.*

Rogerus le Irmonger, pro domo juxta domum prædictæ Julianæ in parte orientali, iii. *d. ob. q.*

Thomas le Roer, pro domo juxta domum prædicti Rogeri, iii. *d. ob. q.*

Adam Textor, pro domo juxta domum prædicti Thomæ, iii. *d. ob. q.*

Thomas le Archer, pro domo juxta domum prædicti Adæ, iii. *d. ob. q.*

Robertus Mydewinter, pro domo juxta domum prædicti Thomæ, iii. *d. ob. q.*

Relicta Roberti Fabri et Adæ Tinctoris, pro domo juxta domum prædicti Roberti, iii. *d. ob. q.*

Agnes, relicta Hugonis le Folur, pro domo juxta domum Walteri Rumbel, iii. *d. ob. q.*

Radulfus Osemere, pro domo Symonis de la Barre, juxta domum Walteri de la Gutere, vii. *d. ob.*

f. 73 *b.* Walterus de la Gutere, pro domo Nicholai Gurnay juxta domum Radulfi Osmere, vi. *d.*

Alicia la Marschal, pro domo juxta Gyaldam de Westeport in parte boreali, vii. *d. ob.*

Thomas Dolutel, pro tenemento quod tenet de Rogero de Cherletone juxta domum Thomæ le Roer, xv. *d.*

Modo apud Thornhulle.

Ricardus de la Posterne, pro terra sua de Thornhulle et quondam Thomæ fratris sui, xv. *d.*

Hugo Tinctor, pro terra Levyvæ, xi. *d. ob.*

Idem, pro terra Johannis Ivor, vii. *d. ob.*

Robertus Kempe, pro terra sua de Thornhulle, vii. *d. ob.*

Johannes le Pope, pro terra Hugonis Aldune, vi. *d.*

Matilda, pro tenemento juxta tenementum Hugonis Tinctoris quod fuit Levyvæ, vii. *d. ob.*

Filiæ Popet, pro tenemento juxta tenementum Roberti Mydewynter xi. *d. q.*

Robertus Mydewinter, pro tenemento Henrici Mydewynter juxta tenementum Thomæ Gurgan, xv. *d. ob.*

Thomas Gurgan, pro terra sua, ii. *sol.* ix. *d.*

Reginaldus le Thwang, pro terra sua, xv. *d.*

Ricardus Coleman, pro terra sua, xiiii. *d. ob.*

Johannes le Porter, pro terra Aliciæ le Glovare, vii. *d. ob.*

[1] Summa, xliiii. *s.* ix. *d. ob. q.* Summa de Thornehulle, xii. *s.* vii. *d. ob. q.*

---

[1] In a later hand.

Medietates defectus qui non solvuntur.

Sacrista, pro terra Duter, i. *d. q.*

Cristina vidua Molendinarii, i. *d. q.*

Terra Radulfi Hardi quam Walterus Rombel tenet, i. *d. q.*

Redditus de Cherechsecto villæ Malmesburiæ die Sancti Martini.

Ricardus Hasard, pro tenemento suo juxta posterulam et quod inhabitat, ii. *d.*

Willelmus le Vyhs, pro tenemento suo in Magna Strata, juxta domum Willelmi Hasard in parte boreali, ii. *d.*

Willelmus Hasard, pro domo juxta domum prædicti f. 74. Willelmi le Vyhs in eadem strata, ii. *d.*

Procuratores servicii Beatæ Mariæ Sancti Pauli, pro domo angulari, juxta domum Arnaldi le Purskervare, ii. *d.*

Cusse Handsex, pro tenemento Walteri Matheu, juxta domum Sacristæ, ii. *d.*

Gilibertus le Mercer, pro domo quondam Willelmi Kockesfot, juxta domum ejusdem Sacristæ in parte boreali, ii. *d.*

Willelmus le Tannur et Willelmus Pavy, pro duabus domibus inter domum Roberti le Bonk et Henrici Dolyn, i. *d.*

Henricus Dolyn, pro domo sua juxta domum Willelmi de la Sale, i. *d.*

Willelmus de Coubrigge, pro tenemento juxta domum Gervasii le Tayllur, ii. *d.*

Willelmus de la Sale, pro domo quondam Roberti Revel contra Theoloneum, i. *d.*

Emma Lucas, pro domo illa in la Blyndelane juxta domum quondam Johannis de Hussebourne, ii. *d.*

Juliana filia Willelmi Medici, pro domo juxta domum Emmæ Lucas in parte orientali, ii. *d.*

Walterus le Chapelayn, pro domo quondam Henrici le Tayllur apud la Brodestone, ii. *d.*

Abbas vel tenens, pro domo viciniori in parte australi, ii. *d.*

Robertus Faber, pro tenemento Emmæ Bodmyn juxta domum Walteri le Bracur, i. *d. q.*

Rogerus le Marschal, pro domo juxta domum Lovelote Lacy in parte australi, i. *d. q.*

Relicta Ricardi Wrog, pro tenemento quondam Katerinæ in Estret, i. *d.*

Elemosinarius, pro quodam mesuagio in la Blyndelane ad dictum tenementum quondam Katerinæ pertinente, *ob.*

Procuratores servicii Beatæ Mariæ ecclesiæ Sancti Pauli, pro domo juxta domum Aliciæ Rokhurde in parte boreali, ii. *d.*

Alicia Rokhurde, pro domo ex opposito domus pitanciarii quæ fuit scola Magistri Ricardi, ii. *d.*

Willelmus le Bonk, pro domo juxta tenementum Henrici de Boruhtone in parte occidentali, ii. *d.*

f. 74 *b.* Alicia, filia Sibillæ Bolebahs, pro domo juxta domum ejusdem Willelmi le Bonk, ii. *d.*

Pitanciarius, pro tenemento quondam Magistri Ricardi, vicarii ecclesiæ Sancti Pauli, ii. *d.*

Willelmus Hasard, pro domo ex opposito tenementi quondam Philippi de Bristowe, juxta domum Elye Herberd, iii. *d.*

Idem Willelmus, pro tenemento quondam Philippi de Bristowe in Phelippestane, iiii. *d.*

Modo apud Nethewalle.

Margareta Pacy, pro domo quondam Roberti Pacy, ii. *d.*

De eadem, pro domo quondam Thomæ Jeorcin, juxta domum prædicti Roberti Pacy, ii. *d.*

Modo apud Westeport.

Willelmus Hasard vel Radulfus Osmere, pro domo quondam Ricardi Osmer, ex opposito corneræ tenementi Rogeri de Cherltone, ii. *d.*

Walterus Rombel, pro domo quam tenet de custode altaris Beatæ Mariæ Sancti Aldhelmi et quondam Aldredi, ii. *d.*

Juliana Dolute, pro tenemento quondam Galfridi de la Gutere, juxta domum Rogeri le Irmanger, ii. *d.*

Johannes Michel, pro tenemento suo quod inhabitat, juxta domum Hugonis Testard, ii. *d.*

Alicia relicta Marescalli, soror domini Willelmi de Sancto Gorono, pro tenemento quondam Petri Gregorie, juxta Gyaldam in Westeport, ii. *d.*

Rogerus, filius Rogeri de Cherltone, pro tenemento Nicholai la Warre, ii. *d.*

Modo apud Thornhulle.

Ricardus de la Posterne, pro terra Thomæ, fratris sui, apud Thornhulle, iiii. *d.*

Johannes le Pope, pro terra Hugonis prope pratum prædicti Ricardi, ii. *d.*

Hugo le Teynterer, pro terra Johannis Ivor, ii. *d.*

Idem, pro terra Johannis, filii Radulfi le Thetthare, iii. *d.*

Matilda, filia Julianæ uxoris quondam Willelmi Gurgan, ii. *d.*

Sorores filiæ quondam Giliberti Pistoris, pro terra juxta terram Roberti Mydewynter, ii. *d.*

Robertus Mydewynter, pro terra juxta terram Thomæ Gurgan, et quæ fuit Henrici Mydewynter, iiii. *d.*

Thoma Gurgan, pro terra Alani Gurgan, juxta terram prædicti Roberti, vi. *d.*

Willelmus le Gaunte capellanus, vel tenens, pro terra de Thornhulle, iiii. *d.*

Robertus Kempe, pro medietate terræ quondam Johannis filii Radulfi le Thetthare, iii. *d.*

Reginaldus le Thwang, pro tenemento quod inhabitat, vi. *d.*

Ricardus Coleman, pro terra sua, ii. *d.*
[1] Summa, viii. *s.* viii. *d.*

Scotallæ villæ Malmesburiæ.

In termino Sancti Michaelis de villa Malmesburiæ, x. *solid.*

De eodem in termino Natalis, x. *solid.*

De eodem in termino Paschæ, x. *solid.*

De venditoribus carnium in termino Sancti Michaelis, de carnificibus villæ Malmesburiæ, iiii. *solid.*

De venditoribus carnium, carnificum villæ Malmesburiæ, in festo Sancti Andreæ Apostoli, iiii. *solid.*

De Chepingabulo in festo Sancti Johannis Baptistæ, xl. *solid.*

De tolneto pixidis per annum, viii. *marc.* ii. *s.*

De tolneto Nundinarum secundum majus et minus.

§.

Assize of bread.

Hæc est assisa panis faciendi et vendendi, quæ probata est per pistorem Galfridi filii Petri, et per pistorem Stephani de Turneham, ita quod pistor poterit sic vendere ut subscriptum est, et in quolibet quarterio frumenti lucrari tres denarios et bremium, exceptis duobus panibus ad fornagium. Et quatuor servientes habebunt tres obolos, et duo garciones i. *q.*; in sale, *ob.*; in gesto, *ob.*; in candela, i. *q.*; in busca, iii. *d.*; et in buletello, *ob.*

Quando quarterium frumenti vendit se pro vi. *solid.*, tunc panis debet esse bonus et albus et ponderare, xxii. *s.* viii. *d.*

Quando quarterium frumenti vendit se pro v. *solid.* et vi. *denarios*, tunc panis quadrantis ponderabit xxiiii. *s.* viii. *d. q.*

Quando pro v. *solid.*, tunc panis quadrantis ponderabit xxvii. *s.* ii. *d. ob.*

---

[1] In a later hand.

Quando pro iiii^or^. *solid.* et vi. *d.*, tunc panis quadrantis ponderabit xxx. *solid.* *f. 75 b.*

Quando pro iiii^or^. *solid.*, tunc panis quadrantis xxxvi. *solid.*

Quando pro iii. *s.* et vi. *d.*, tunc panis quadrantis ponderabit xlii. *solid.*

Quando pro iii. *solid.*, tunc panis quadrantis ponderabit xlviii. *solid.*

Quando pro ii. *s.* et vi. *d.*, tunc panis quadrantis ponderabit liiii. *s.* iv. *d. ob. q.*

Quando pro ii. *s.*, tunc panis quadrantis ponderabit lxviii. *solid.*

Quando pro xviii. *d.*, tunc panis quadrantis ponderabit iiii. *li.* x. *s.* viii. *d.*

Quando pro xii. *d.*, tunc panis quadrantis ponderabit vi. *libr.* xvi. *s.* Et erit albus et bene coctus wastellus.

Panis vero coket de eodem blado et de eodem buletello ponderabit plus quam wastellus de ii. *solid.*

Sed de blado minoris precii ponderabit plus quam wastellus, de v. *solid.* Panis vero symenelli ponderabit minus wastello, de ii. *solid.* Panis integer de quadrante ponderabit i. coket et dimidium majoris ponderis. Panis vero de Treyt ponderabit duos wastellos.

Et panis de omni blado ponderabit ii. cokettes majoris ponderis. Et debet mutari pondus pro vi. *d.* crescentibus vel decrescentibus. Et sciendum quod omnes panes capiunt naturam sui ponderis de wastello; quia qualiscumque fuerit panis, aut ponderabit duplicem wastellum, aut wastellum et dimidium, aut plus quam wastellus de certa quantitate, aut minus quam wastellus de certa quantitate aut plus vel minus quam cokettus, vel duplicem cokettum, qui capit suum pondus de wastello.

Quando quarterium frumenti venditur pro iii. solidis quarterium ordei pro xx. *d.* vel ii. *s.*, quarterium avenæ pro xvi. *d.* vel xviii. *d.*, tunc debent et bene possunt braciatores vendere ii. galones ad denarium. Et in burgis iii. ad denarium. Et in villis ruralibus et mercatoriis iiii. ad denarium. **Assize of beer.**

Unus denarius, qui dicitur sterlingus, de bono et puro argento, debet ponderare xxxii. grana frumenti de rubeo frumento de medietate spicæ capta.

f. 76. Viginti denarii faciunt unam unciam. Quindecim unciæ unam libram. Octo libræ unum galonem; octo galones unum bussellum; octo buselli unum quarterium. Et sic fiunt mensuræ per pondera.

§

Nomina eorum qui debent facere murum Domini Regis.

Elemosinarius de gardino domini abbatis usque ad curiam domini Johannis.

Galfridus de Morle, unum locum inter dominum abbatem et elemosinarium, videlicet, versus portam orientalem in parte boreali.

Abbas Malmesburiæ, unum locum contra tenementum Willelmi de la Sale, quod quidem tenementum ille Willelmus tenet de eodem abbate.

De fundo Glastoniæ, qui tenent fundum debent facere totum murum. Ricardus de la Certrie tenet de illo feodo.

Abbas Malmesburiæ debet facere unum locum de tribus domibus contra domum Nicholai Coci, de feodo domini regis apud la Brodestone.

De feodo de Cumbe, Walterus le Bracur, Simon Wantelard.

Purueu est ensement ke si home empleyde de tenement en meymes la cite uouche foreyne a gauraunt, ke il uienge a la chauncelerie, e eyt bref a somundre sun garaunt a certeyn jour deuaunt les justices del Bank, e un autre bref al meyre, e a les bayllifs de Lundres, ke il sursessent a la parole ke est deuaunt eus par bref, deskes a taunt ke la parole de la garauntie seit termine deuant les justices del Bank. E quant la parole al Bank serra termine, e serra dit al garaunt ke il uoyt en la cite e respoygne del chief play, e le demaundaunt par sa syute eyt bref des justices del Bank al meyre, e as bayllifs, ke il uoysent auaunt en le play. E si le demaundaunt recouere, uenge le tenaunt a justices del Bank, e eyt bref al meyre, e as bayllifs, ke si le tenaunt eit sa tere perdue, ke il facent estendre la tere, e retornent le estente al Bank a certeyn jour, e apres seit maunde al viscunte del pays ou le garaunt fust somuns, ke il li face auer de la tere de la garauntie a la uaylaunce.

Purueu est ensement ke del houre ke play serra inu en la cite de Lundres par bref, le tenaunt neyt pas power de fere ne estrepement del tenement ke est en demaunde pendaunt le play. E ceo face le mere e les bayllifs, garder a la syute del demaundaunt.

Le rey grante de sa grace as citeyns de Lundres, ke ou auant ces houres ces ke furent deseysi de fraunc

tenement en memes la cite ne poyent recouerir lur damages auaunt des justices a la cour, ke desoremes iceus deseysiz eyent lur damages par la reconisaunce de assise, par laquele il recouerent lur tenement, e les deseysurs seient amerciez deuaunt deus des Barons del escheker, ke une fiez per an uendrunt en la cite ceo fere. E ceo seit maunde al tresorer, e as Barons, ke il facent chescun an par deus de ceus, a lur leuer apres la chandelore, e les amerciemenz par somunse del escheker leur, e al eos le rey al escheker liuerer. Purueu est ensement ke le meyre e les bayllifs, auaunt la uenue de ces Barons enquerrunt des uenduz en cuntre la sise, e le presenterunt deuaunt eus a lur uenue, e dunkes seient amerciez la ou soleynt entendre la uenue des justices.

Redditus et servicium militum spectantium ad abbatem Malmesburiæ. f. 110.

Antecessores Roberti. Heredes Roberti de Kaynes tenuerunt in Puritone xii. hidas, ix. hydas et unam virgatam; in Niwentone, quinque virgatas; in Brokineberge duas hydas et dimidiam, et quondam terram quæ vocatur Twelfacres, pro tribus solidis; et pro duobus solidis et sex denariis de hundredselver; et ad denarios Sancti Petri videlicet xiii. *d.* Sed modo prædictus Robertus tenet in Puritone, xii. hydas, ix. hydas et unam virgatam, et Robertus de la Lee in Niwentone quinque virgatas; in Brokeneberge duas hydas et dimidiam; et sacrista ecclesiæ Malmesburiæ, quandam terram quæ vocatur Twelfacres, unde reddit tres solidos prædictos. Et dictus Robertus debet abbati servicium duorum militum in homagio, et relevio, et auxiliis. Et præterea faciet ei servicium trium partium feodi unius militis, ad faciendum regale servicium. **Military service due to the Abbey.**

Ricardus de Daunteseya tenet in Daunteseya xii. hydas et dimidiam; in Brokineberge x. hydas; in Brumelham, duas hydas et dimidiam. Et debet servi-

cium duorum militum in homagio, et relevio, et auxiliis, et de hundredselver x. solidos, et ad denarios Sancti Petri, videlicet ii. *s*. Et præterea faciet servicium trium partium feodi unius militis, ad faciendum regale servicium.

Dominus Henricus de Lacy, comes Lyncolniæ, tenet in Avene iiii^or. hydas, pro servicio unius militis, in homagio, relevio et auxilio. Et reddit pro hundredselver xl. *d*. et ad denarios Sancti Petri ix. *d*. Et præterea faciet servicium dimidiæ partis feodi unius militis, de regali servicio.

Dominus Johannes Maudut tenet in Somerford, quinque hydas et dimidiam; in Roddborn dimidiam hydam; in Breynkewrthe dimidiam virgatam; in Bremel unum pratum, in calumpnia pro servicio unius militis, in homagio, relevio et auxiliis. Et reddit pro hundredselver iiii. *s*. ii. *d*., et ad denarios Sancti Petri xv. *d*. Præterea debet servicium tertiæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Walterus le Scot, filius Walteri le Scot de Creddewelle, et Johannes filius quondam Radulphi de Creddewelle, Willelmus de Thethingedone, et Reginaldus filius quondam Roberti Bradefeld et sacrista, sunt de feodo Andreæ de Staunton, et tenent in Creddewelle iiii^or. hydas, pro servicio unius militis, in homagio, relevio et auxiliis. Et reddunt pro hundredselver, iii. *s*. iiii^or. *d*. et ad denarios Sancti Petri, v. *d*. Et facient regale servicium prout pertinet ad tantam terram.

f. 110 *b*. Willelmus de Thethingedone, tenet de feodo Willelmi de Creddewelle in Hanekyntone et Creddewelle, sed nescitur quantum; et reddit ad hundredselver, xii. *d*., et ad denarios Sancti Petri, i. *d*., cum suis participibus, ut supra patet in feodo Andreæ de Stauntone.

Rogerus, filius Rogeri de Cherletone tenet in Brokineberge, i. hydam, pro servicio dimidii militis, in homagio, relevio et auxiliis; et reddit ad hundredselver x. *d*., et ad denarios Sancti Petri i. *d*., et ad

cherechsectum dimidiam summam frumenti. Et debet invenire hominem et equum ad citationem abbatis.

Idem Rogerus et Wybertus de Cherletone tenent duas hydas in Cherletone, et unam virgatam in Brokeneberge, et unam virgatam in Brenkewrthe, pro servicio dimidii militis; et reddunt ad hundredselver, ii. *s.* i. *d.*; et ad denarios Sancti Petri uterque eorum, i. *d.*

Johannes de Hanekyntone tenet tres hydas pro servicio dimidii militis, in homagio, relevio et auxilio; et reddit ad hundredselver, xiiii. *d. ob.*, et ad denarios Sancti Petri ii. *d.* Et præterea debent servicium quartæ partis feodi unius militis, de regali servicio.

Robertus de la Lee tenet in Brenkewrthe unam hydam et dimidiam. Et . . . .[1] heres Johannis Comyn tenet in Brokineberge quinque virgatas, pro servicio dimidii militis; et reddunt ad hundredselver ii. *sol.* iii. *d. ob.*, videlicet Robertus xv. *den.*, et . . . .[1] heres Comyn, xii. *d. ob.*; et ad denarios Sancti Petri, Robertus v. *d.* Et . . . .[1] heres Comyn, iiii. *d.* Et præterea idem Robertus debet servicium quartæ partis feodi unius militis de regali servicio. Tenet etiam de feodo suo in Thornhulle unam hydam terræ. Et in la Lee unam virgatam. Tenet etiam idem Robertus unum molendinum, et terram in Westeport, quæ pertinet ad elemosinarium, pro quibus terra et molendino ipse reddit annuatim x. *sol.*

. . . .[1] heres Johannis Comyn tenet in Warewykscyra terram unam quæ vocatur Niwebold, et reddit pro eadem singulis annis camerario Malmesburiæ, l. *sol.*

Rogerus le Brech tenet in Niwentone tres hydas; et in Brokineberge tres virgatas, pro servicio dimidii militis in homagio, relevio et auxiliis; et reddit ad hundredselver ii. *sol.* vi. *d.*, et ad denarios Sancti Petri iii. *d.* Et præterea debet servicium quartæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Ricardus de la Lee tenet duas hydas, videlicet, unam

---

[1] Blank in MS.

f. 111. hydam et dimidiam in Cherletone, et dimidiam hydam in la Lee, pro servicio tertiæ partis unius militis, in homagio, relevio et auxiliis; et reddit ad hundredselver xv. *d. ob.*, et ad denarios Sancti Petri iii. *d.* Et præterea debet servicium octavæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Thomas Maleward tenet in Puritone unam hydam et dimidiam, pro servicio quartæ partis unius militis, in homagio, relevio et auxiliis; et reddit ad hundredselver xv. *d.*, et ad denarios Sancti Petri, iiii. *d. ob.* Et præterea debet servicium octavæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Walterus Huse tenet quinque virgatas in Niwentone, pro servicio quartæ partis unius militis, in homagio, relevio et auxilio; et reddit ad hundredselver xii. *d.*, et ad denarios Sancti Petri i. *d.* Et præterea debet servicium octavæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Galfridus de Morlee tenet duas hydas in Kemele, et apud Morlee unam virgatam, pro servicio dimidii militis, in homagio, relevio et auxilio; et reddit ad hundredselver xii. *den.*, et ad denarios Sancti Petri ii. *d.* Et præterea debet servicium quartæ partis feodi unius militis de regali servicio.

Item hundredselver.	*Item denarii Sancti Petri.*
De feodo Mautravers, ii. *s.* i. *d.*	iiii. *d.*
De Thoma de Hurdleye, ii. *d. ob.*	i. *d.*
De Eustach.——————[1]	
De Willelmo Aurifabro.-————	

Turni ad faciendum regale servicium in exercitu regis

Somerford, Avene: Johannes de Hanekyntone.

Daunteseya, Brenkewrthe, Puritone || Godefridus le Mautravers, feodum le Scot, Thomas Maleward, Ricardus de la Lee.

Morlee: feodum le Brech, feodum le Theyn, Walterus Huse.

---

[1] Blank MS.

Redditus de hundredselver. f. 111 *b.*

In festo Sancti Andreæ.	*Denarii Sancti Petri.*
Ricardus de Daunteseya, pro Daunteseya, viii. *s.* iii. *d.*	ii. *sol.* (for these two entries)
Idem, pro Bremelham, xx. *d.*	
Robertus heres Roberti de Kaynes, ii. *s.* vi. *d.*	xiii. *d.*
Robertus de la Lee, xv. *d.*	v. *d.*
. . . .[1] heres Johannis Comyn, xii. *d.* *ob.*	iiii. *d.*
De feodo Andreæ de Stauntone.	
Sacrista, pro terra Reginaldi Cappellani, iiii. *d.*	v. *d.* (for this and the next five entries)
Willelmus de Thetingedone, xii. *d.*	
Johannes filius Radulfi de Creddewelle, viii. *d.*	
Reginaldus de Bradefelde, iiii. *d.*	
Walterus le Scot, viii. *d.*	
Pro terra de Bolewyke, iiii. *d.*	
Johannes Mauduth, iiii. *s.* ii. *d.*	xv. *d.*
De feodo le Brech.	
Rogerus le Brech, x. *d.*	i. *d.*
Henricus le Scay, v. *d.*	i. *d.*
Wybertus de Cherletone.——[2]	i. *d.*
De feodo Johannis Mautravers, ii. *s.* i. *d.* *ob.*	iii. *d.*
Johannes de Hanekyntone, xiii. *d.* *ob.*	ii. *d.*
Galfridus de Morlee, xii. *d.*	ii. *d.*
Wybertus de Cherletone, xvii. *d.*	i. *d.*
Ricardus de la Lee, xv. *d.* *ob.*	iii. *d.*
Rogerus de Cherletone, pro terra le Theyn, x. *d.*	i. *d.*
Idem Rogerus, pro terra de Cherletone, x. *d.*	i. *d.*
Thomas Mareward, xv. *d.*	iiii. *d.* *ob.*

[1] Note in MS. Quere Hundredselver forinsecus in nono folio sequenti.

[2] Blank in MS.

Thomas de Hurdleye, ii. *d. ob.* i. *d.*
De feodo de Avene, Willelmus de Lavaham, . . .[1] *d.* ix. *d.*
De Waltero Huse, xii. *d.* i. *d.*

§

f. 112. *De regali servicio pro Nywebold et Walecote.*

"Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis. Robertus de Kaynes, Johannes Mauduth, Galfridus de Morle, Willelmus de Lavaham, milites; Ricardus de Daunteseye, Robertus de la Lee, Johannes de Hanekyntone, Rogerus et Wybertus de Cherletone, Johannes le Brech, Henricus le Scay, Ricardus de la Lee, Thomas Mareward, Radulfus de Creddewelle, et cæteri libere tenentes abbatis Malmesburiæ, salutem in Domino. Volentes, prout decet, testimonium perhibere veritati, universis notum facimus, quod quotienscumque regale servicium a prædicto abbate de Malmesburia domino nostro exigitur, omnes antecessores nostri et nos una cum Johanne Comyn, domino de Nywebold et de Walecote, participe nostro in omnibus serviciis prædicto domino nostro debitis, pro tenementis quæ de eodem abbate tenemus, regale servicium eidem domino nostro, et omnibus antecessoribus suis, semper fecimus et facimus, et facere debemus. Et omnia eadem servicia quæ dicto abbati, domino nostro, pro tenementis nostris facimus, idem dictus Johannes Comyn et omnes antecessores sui, eidem abbati, et omnibus antecessoribus suis, pro tenementis suis prædictis semper facere solent et debent. In cujus rei testimonium præsentibus sigilla nostra apposuimus."

Domesdai de terris manerii de Nywebold.

Nywebolde, terra abbatis Malmasburiæ, tres hydæ, sex carucæ in dominico; quatuor servi, octo villani;

[1] Blank in MS. The amount has been erased.

duodecim acræ prati, unum molendinum, sex solidi. Valuit xxx. *sol.*, nunc autem l. *sol.* Wolwynus tenuit, et factus monachus Malmesburiæ dedit his verbis. *Scribitur in magno rotulo London., qui vocatur Domesday.*[1]

De custodia Johannæ filiæ Antelmi, data Eliæ Comin apud Nywebold, per Robertum abbatem.

Walterus quondam abbas de Malmesburia fuit clericus abbatis Roberti de Malmesburia quando idem abbas Robertus habuit custodiam Johannæ filiæ Antelmi, et quando idem Robertus abbas dedit prædictam Johannam Elyæ Comyn, iste Walterus factus fuit monachus apud Malmesburiam, et fuit monachus xxx. annos, et postea abbas ejusdem loci xix. annos. Et post abbatem Johannem, abbas Galfridus xv. annos. Et post abbatem Galfridus, abbas Willelmus xxv. annos.

Summa annorum, v.^{xx}. et xiiii. anni.

Abbas Malmesburiæ habuit primum diem versus Amabiliam, quæ fuit uxor Johannis Comyn, a die Sancti Hylarii in xv. dies, anno regis E. septimo; ad quem diem prædicta Amabilia fecit defaltam, et præceptum fuit vicecomiti quod poneretur per vadios et salvos plegios quod esset a die Sanctæ Trinitatis in xv. dies; ad quem diem fecit defaltam et præceptum fuit quod distraheretur per terras, etc., et habuit diem in octavis Sancti Michælis; ad quem diem fecit defaltam, et præceptum est, etc., et habuit diem in octavis Sancti Martini, ad quem diem placitaverunt. f. 112 *b.*

[1] Underlined in MS.

De processu placiti de Nywebold usque judicium datum in banco coram domino Thoma de Weylland, justiciario domini regis, ceterisque sociis suis, in octavis Sancti Martini, anno regis Edwardi octavo.

Amabilia, quæ fuit uxor Johannis Comyn, summonita ad respondendum abbati de Malmesburia de placito quod reddat ei custodiam Johannis filii et heredis Johannis Comyn, cujus custodia pertinet ad prædictum abbatem, et qui de prædicto abbate terram suam tenuit per servicium militare, et unde prædictus abbas per attornatum suum dicit: Cum prædictus Johannes pater prædicti Johannis, cujus heres ipse est, tenuisset de eo unam hydam terræ cum pertinentiis in Walecote, in comitatu Wyltescyre, per homagium et servicium, sextam partem feodi unius militis, et ad scutagium xl. solidorun cum accidit dimid. mar., et ad plus, plus, et ad minus, minus, et xviii. solidos in denariis per annum, et faciendo sectam ad curiam ipsius abbatis de Malmesburia de tribus septimanis in tres septimanas, de quibus homagiis et serviciis idem abbas fuit in seysina per manus prædicti Johannis, anno et die quo fuit vivus et mortuus, et ea ratione, custodiam et maritagium prædicti Johannis filii Johannis, ad quem pertinet, præfata Amabilia prædictam custodiam ei injuste detinet, unde et dampnum habet ad valentiam C. *li.*, et inde producit sectam.

Item de eodem.

Et Amabilia venit et defendit, etc., et dicit quod prædictam custodiam ei reddere non potest, nec aliquid clamare in eadem. Dicit enim quod prædictus Johannes, pater prædicti Johannis, tenuit quoddam tenementum in Hybernia, de priore Sanctæ Trinitatis de Dyuelyn, per servicium militare, de quibus antecessores sui prius feoffati fuerunt de prædecessoribus prædicti

prioris, tenendum sibi et heredibus suis per idem servicium, ante quam aliquid habuerunt in prædicta terra de Walecote; et quod prior prædicta tenementa f. 113.
de ipso tenta in curia domini regis, coram de H. et sociis suis etc., per judicium ejusdem curiæ recuperavit, tenendum usque ad ejusdem Johannis plenam ætatem. Unde dicit quod si ipsa reddidisset ipsi abbati prædictum heredem in prejudicium prædicti prioris, idem prior tenet prædicta tenementa in Hybernia ultra ætatem legitimam ipsius heredis. Et petit judicium utrum ipsum heredem reddere debeat ipsi abbati donec discussum fuerit inter ipsum et prædictum priorem, ad quem illorum prædicta custodia pertinere debeat.

Item de eodem.

Et abbas dicit, quod ipse et prædecessores sui, a tempore quo non extat memoria, extiterunt in seysina de prædictis homagiis et serviciis de antecessoribus prædicti Johannis, pro prædicta terra de Walecote, et etiam prædecessores sui semper hactenus a tempore prædicto fuerunt seysiti de custodia et maritagio antecessorum prædicti Johannis pro eisdem tenementis. Unde petit judicium, desicut prædecessores sui, a tempore quo non sit memoria, fuerunt in seysina de custodia et maritagio antecessorum prædicti Johannis, ut prædictum est, si debeat a custodia prædicti heredis excludi, pro eo quod prædictus Johannes, pater prædicti Johannis, tenuit prædicta tenementa in Hybernia de ipso priore et predecessoribus suis. Qui quidem prior prædtam custodiam non petit, nec aliquid placitum inde per aliquid breve movet versus ipsum abbatem, vel aliquem alium, in curia domini regis, seu alibi.

Item de eodem.

Et Amabilia dicit quod quicquit prædictus abbas dicat, quod prædecessores sui a tempore quo non extat

memoria fuerunt in seysina de custodia et maritagio antecessorum prædicti Johannis; quod Robertus predecessor suus, et conventus, de Malmesburia, dederunt et concesserunt cuidam Elyæ Comyn, antecessori prædicti heredis, per cartam suam, prædictam hydam terræ cum pertinentiis, tenendum et habendum, ipse et heredes sui de prædicto abbate libere, una cum tota villa de Niwebold cum pertinentiis in comitatu Warewyk, per servicium l. solidorum, pro omni servicio; et profert prædictam cartam in hæc verba:

Item de eodem.

" Sciant tam præsentes quam futuri quod ego Rober-
" tus, abbas de Malmsburia, et ejusdem loci conventus,
" dedimus et concessimus Elyæ Comyn, Johannam filiam
" Antelmi, cum toto heritagio suo, scilicet totam villam
" de Niwebold cum pertinentiis, et unam hydam terræ
" in Walecote juxta Malmesburiam, ad habendum et
f. 113 *b*. " tenendum de nobis, ipse et heredes sui, libere et quiete,
" pro omni servicio; reddendo nobis singulis annis quin-
" quaginta solidos, scilicet, quadraginta solidos, pro laico
" feodo, et decem pro decima de Newbolde.

" Hiis testibus: magistro Ivone et aliis, etc." Unde petit judicium, desicut prædictus Robertus, abbas, prædecessor prædicti abbatis, et conventus suus, dederunt prædicta tenementa prædicto Elyæ, una cum prædicta Johanna, tenendum de ipso per prædictum servicium l. solidorum pro omni servicio, sicut prædictum est, si aliquis clamare possit in custodia prædicti heredis.

Item de eodem.

Et abbas dicit quod per prædictam cartam a prædicta custodia prejudicari non debet. Dicit enim quod antecessores prædictæ Johannæ filiæ Antelmi, de qua prædicta carta facit mentionem, semper a tempore quo non

extat memoria, cum infra ætatem fuerint, erant in custodia prædicti abbatis, et etiam tempore confectionis prædictæ cartæ fuit eadem Johanna in custodia ipsius abbatis, una cum hereditate sua, et idem abbas ipsam Johannam dedit prædicto Elyæ una cum hereditate sua prædicta, absque hoc quod statum et tenentiam ipsius Johannæ et prædicti Elyæ de prædictis tenementis per prædictam cartam renovasset vel meliorasset; unde dicit quod tempore confectionis prædictæ cartæ, ante et post, semper predecessores sui fuerunt in seysina de custodia heredis prædictæ Johannæ. Et petit judicium desicut prædicta carta testatur quod prædictus abbas dedit prædicto Elyæ prædictam Johannam, cum heritagio suo, et sic supposuit ipsam esse in custodia sua, et iste abbas et prædecessores sui semper fuerunt in seysina de homagio et servicio antecessorum prædicti heredis, pro prædictis tenementis, per quod custodiam et maritagium ipsius heredis ad ipsum modo pertineat, si debeat de prædicta custodia optinenda repelli.

Item de eodem.

Et quia testatum est per Radulfum de Hengeham quod prædicta Amabilia alias implacitavit prædictum priorem de Duvelyn, de custodia terrarum prædicti Johannis Comyn habenda in Hybernia, eo quod prædictus Johannes, pater prædicti Johannis, easdem terras tenuit in socagium, et postea convictum fuit in curia regis coram ipso Radulfo, quod idem Johannes tenuit tenementa sua in Hybernia de ipso priore per homagium, quod secundum consuetudinem Hyberniæ dat maritagium, per quod per judicium curiæ idem prior retinuit prædicta tenementa usque ad ætatem ipsius Johannis Comyn tenendum. Et ideo mandatum est Justiciaris Hyberniæ quod scire faciant prædicto priori quod sit hic a die Sancti Michaelis in tres septimanas, ad sequendum jus suum, si quid clamat in custodia et mari- f. 114.

tagio prædicti Johannis; et etiam quod inquirat per quod servicium antecessores prædicti Johannis tenementa sua tenuerunt de ipso priore in Hybernia, et a quo tempore de eisdem feofati fuerunt per prædecessores prædicti prioris; et si homagium solum secundum consuetudinem Hyberniæ dat custodiam et maritaquim. Et quid super præmissis inquisiverint justiciarius hic constare faciant ad præfatum terminum, etc.

Postea a die Sancti Michaelis in tres septimanas, anno regis E. nunc nono, incipiente decimo, mand. justic. Hyberniæ justic. hic quod scire fec. prædicto priori Sanctæ Trinitatis de Duvelyn quod esset hic ad prædictum diem per sectam Henrici de Lou, et Nicholai de Honeche, militum. Et quod inquisitio capta fuit coram fratre E., episcopo Waterford, thesaurario Hyberniæ, per breve domini regis de Anglia, ad mandatum domini Roberti de Ufford, justiciarii Hyberniæ, die Sabbati in vigiliis Sanctæ Margaretæ virginis, anno regni domini regis E. ix°. apud Dublynam, per subscriptos, videlicet: Galfridum le Breche, Jordanum Locarde, Henricum le Lou, Johannem de Hardiz, milites, Johannem de Wycumbe, Wlframund de Bernevale, Johannem de Aundone, Galfridum de Aundone, Michaelem de Bodenham, Andream Tyrell, Willelmum de Fubele, Willelmum Abbot. Qui juratores dicunt quod antecessores Johannis Comyn tenuerunt tenementa sua in Hybernia de prædecessoribus prioris Sanctæ Trinitatis Duvelyn, per homagium dicto priori inde factum, et per redditum quinque marcarum annui redditus eidem priori solvendum, usque ad tempus cujusdam Johannis Comyn antecessoris prædicti Johannis nunc superstitis, tempore cujus mota fuit contentio inter ipsum Johannem et priorem Sanctæ Trinitatis prædictæ, super prædictis tenementis; et idem Johannes pro contentatione illa pacificanda, in anno regni domini regis H., filii regis Johannis, xliiii., per finem factum in curia domini H. regis, coram justiciariis Hyberniæ, tunc existentibus, dictum redditum

quinque marcarum augmentavit usque ad centum solidos annuos, dicto priori et successoribus suis solvendis, et homagio item inde fecit, sicut in cyrographo inde confecto continetur. Dicunt etiam quod antecessores prædicti Johannis Comyn feofati fuerunt de prædictis tenementis per prædecessores prædicti prioris, jam quater viginti et sexdecim annis plene elapsis. Dicunt insuper quod homagium tantum secundum consuetudines terræ Hyberniæ dat custodiam et maritagium, licet servicium militare non debeatur. In hujusmodi rei testimonium prædicti jurati huic inquisitioni sigilla sua apposuerunt.

Item de eodem.

Edwardus, Dei gratia etc., vicecomiti Wyltescyre f. 114 *b*. salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram justiciariis apud Westmonasterium, a die Paschæ in unum mensem, xii. tam milites, quam alios liberos et legales homines, de visneto de Walecote, per quos rei veritas melius sciri poterit; et qui nec abbatem de Malmesburia, nec Amabiliam, quæ fuit uxor Johannis Comyn, aliqua affinitate attingant, ad recognoscendum super sacramentum suum per quod servicium antecessores prædicti Johannis Comyn tenuerunt tenementa sua in Walecote de prædicto abbate et prædecessoribus suis, et a quo tempore feoffati fuerunt de eisdem prædecessoribus ejusdem abbatis; quia tam prædicta Amabilia quam prædictus abbas, inter quos contentio est posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina juratorum et hoc breve. Teste Thoma de Weyllande apud Westmonasterium xiiii. die Febr. anno regni nostri xiii°.

Item de eodem.

Abbas et conventus Malmesburiæ dederunt Radulfo vicecomiti quasdam terras cum pertinentiis suis, videlicet, quandam terram in Walecote juxta Malmes-

buriam in comitatu Wyltescyre, et terram de Niwebold in comitatu Warewyk, pro quibus terris idem Radulfus fecit domino abbati de Malmesburia homagium et feodalitatem et regale servicium, quotiens a domino rege extitit exactum, et sectam curiæ abbatis Malmesburiæ de tribus septimanis in tres septimanas, reddendo annuatim pro terris prædictis camerario abbatiæ Malmesburiæ, qui pro tempore fuerit, xl. *s.* Cui Radulfo quidam Wybertus filius ipsius Radulfi successit, tenens prædictas terras de Walecote et Niwebold in hereditatem, faciendo domino abbati de Malmesburia pro terris prædictis in homagio et feodalitate, regali servicio, in secta, et reddendo sicut ipse Radulfus fecit. Ipse Wybertus genuit quendam filium, nomine Antelmum, qui supradictas terras tenuit in hereditatem faciendo abbati Malmesburiæ omnia eadem servicia, quæ et prædictus Radulfus et Wybertus fecerunt, pro terris prædictis. Et ipse Antelmus genuit quandam filiam, nomine Johannam, quæ mortuo prædicto Antelmo patre suo fuit infra ætatem et in custodia abbatis Malmesburiæ per quatuordecim annos, quam Johannam abbas Malmesburiæ dedit Elyæ Comyn pro servicio suo, sicut ipsam, quam dare potuit, usque ad plenam ætatem ipsius; qui eam duxit in uxorem, faciendo pro prædictis terris omnia servicia quæ prædicti Radulfus, Wybertus et Antelmus fecerunt. Idem Elyas genuit de dicta Johanna Nicholaum Comyn
f. 115. et Johannem, qui Nicholaus tenuit terras prædictas pro eisdem serviciis, quæ et tenentes supradicti fecerunt. Et mortuo Nicholao successit Johannes filius ejus, qui fuit infra ætatem et in custodia prædicti abbatis Malmesburiæ, cujus custodiam cum maritagio abbas Malmesburiæ vendidit Radulfo de Neovile, qui tenuit custodiam ipsius Johannis per tres annos per eadem servicia quæ et omnes tenentes supradicti fecerunt. Et mortuo ipso Johanne successit ei Johannes, avunculus ejus, frater prædicti Nicholai Comyn, tenens prædictas terras faciendo abbati Malmesburiæ in homagio et

feodalitate, regali servicio, secta curiæ, et reddendo dictos xl. *solid.*, sicut omnes supradicti tenentes fecerunt. Et idem Johannes genuit Johannem nunc mortuum, qui fuit plenæ ætatis ante mortem patris sui, qui tenuit prædictas terras faciendo omnia servicia pro terris quæ dictus Johannes pater suus fecit.

Item de eodem.

Postea coram justiciariis apud Warwyk in crastino Sancti Hyllarii, anno regis tertiodecimo, venerunt prædicti abbas et Amabilia, et quorum placitum illud est de comitatu Wyltescyre, de quo non habuerunt warrantum placitare, eo quod recordati fuerunt, quod constans fuit apud Bristolle per consilium domini regis, quod prædictum placitum debet deduci hic, per quod procederetur ad inquisitionem capiendam hic de comitatu Wyltescyre. Datus fuit dies partibus hic in crastino Purificationis proxime sequentis, ad quem diem venerunt partes hic per attornatum.

Et prædicta requisita, si velit quod prædicta inquisitio caperetur, dicit quod sic. Ideo præceptum est vicecomiti Wyltescyre quod venire faciat hic a die Paschæ in unum mensem xii. etc., quos etc., et qui nec, etc., ad recognoscendum per quod servicium antecessores prædicti Johannis Comyn tenuerunt tenementa sua in Walecote de prædicto abbate et prædecessoribus suis, et a quo tempore feofati fuerunt de eisdem prædecessoribus ejusdem abbatis. Quia tam, etc.

Postea ad diem illum venerunt juratores, qui dicunt super sacramentum suum, quod antecessores prædicti Johannis Comyn tenuerunt tenementa sua in Walecote, de prædecessoribus prædicti abbatis per servicium militare, et inde feofati fuerunt per prædecessores ejusdem a tempore quo non extat memoria. Dicunt etiam quod quidam Robertus, prædecessor prædicti abbatis, fuit seysitus de corpore cujusdam Johannæ filiæ Antelmi, antecessoris prædicti Johannis, nomine custodiæ. Et ideo

consideratum est quod prædictus abbas recuperet seysinam suam versus prædictam Amabiliam, et ipsa Amabilia in misericordia.

"[Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris
" vel audituris, Willelmus Dei gratia abbas Malmesburiæ
" et ejusdem loci conventus, salutem eternam in Domino.
" Noverit universitas vestra nos vendidisse et concessise
" Amabiliæ Comyn maritagium Johannis, filii et heredis
" Johannis Comyn, usque ad legitimam ætatem suam.
" Et si dictus Johannes infra ætatem obierit, volumus
" et concedimus quod dicta Amabilia habeat maritagium
" aliorum heredum, fratrum vel sororum dicti Johannis,
" qui superstites fuerint, usque ad legitimam ætatem
" eorum, pro quatuor viginti marcis sterlingorum,
" nobis solvendis apud Malmesburiam terminis subter-
" scriptis, videlicet: In festo Sancti Michaelis, anno
" Domini M°.CC°.LXXX°.VIII°., xxvi. *mr.* viii. *sol.* x. *den.*
" et *ob.* Ad festum Sancti Michaelis, anno Domini
" M°.CC°.LXXX°.IX°., xxvi. *mr.* viii. *s.* x. *den.* et *ob.* Et
" ad festum Paschæ proximo sequentis, xxvi. *mr.*
" viii. *sol.* et undecim. *den.* Reddendo annuatim came-
" rario ecclesiæ nostræ, qui pro tempore fuerit, xl. *sol.*
" annui redditus, ad duos annos terminos, pro Niwebold
" et Walecote, in cujus, etc. Datum in crastino Puri-
" ficationis Beatæ Mariæ, anno regis E. xvi°.]"[1]

f. 115 *b.* *Judicium datum de Daunteseye in Banco.*

Jurata alias summonita coram Justiciariis de Banco inter Hawisam quæ fuit uxor Laurentii de Saunford pet., et abbatem de Malmesburia, quem Matilda de Clare, comitissa Gloucestre et Hereforde, vocavit ad warantum, et qui ei warantizavit tenementum de tertia parte duarum partium maneriorum de Daunteseye et Tydoure, venit recognitura, si prædictus Laurentius, quondam vir præ-

---

[1] In margin of folios 114 *d.* and 115.

dictæ Hawisæ, die quo ipsam Hawisam desponsavit, vel unquam postea, fuit in seysina de prædicta tertia parte duarum partium maneriorum de Daunteseye et Tydoure, ut de feodo, ita quod ipsam inde dotare potuit, sicut prædicta Hawisa dicit, vel non, sicut prædictus abbas dicit. Quia tam, etc. Et jurati de consensu partium electi dicunt super sacramentum suum quod prædictus Laurentius, quondam vir prædictæ Hawysæ, die quo ipsam desponsavit, nec umquam postea, fuit in seysina de prædictis tenementis ut de feodo, ita quod ipsam inde dotare potuit. Et ideo consideratum est quod prædictus abbas inde sine die de waranto, prædicta et Hawysa in misericordia pro falso clamore.

Juratores de eodem.

Johannes de Tenhyde, Johannes de Holte, Robertus de Meysy, Galfridus de Wrockeshale, Thomas le Rous, Ricardus Cotele, Ricardus de Hyweye, milites. Rogerus de Wrytele, Petrus de Lavintone, Petrus de Wyvelesford, Silvester Doynel, Walterus de Chaldefelde.

Breve domini regis ad reddendum Abbati custodiam heredum de Niwebolde.

Edwardus, Dei gratia, etc., vicecomiti War[wyck] salutem. Præcipimus tibi quod distringas Amabiliam, quæ fuit uxor Johannis Comyn, per omnes terras et catalla sua in balliva tua, ad reddendum abbati de Malmesburia Johannem, filium et heredem Johannis Comyn, cujus custodia et maritagium ad ipsum abbatem pertinet, prout per quandam juratam inde inter eos coram nobis captam convictum est. Teste R. de Hengham, apud Westmonasterium, xx. die Maii, anno regni nostri xiiii°. Et si prædictus Johannes, filius et heres prædicti Johannis Comyn, inventus fuerit in balliva tua, tunc eum capias et salvo et secure custodias. Ita quod habeas corpus ejus coram nobis, vel locum nostrum

tenentibus, a die Sancti Michaelis in tres septimanas, ubicumque tunc fuerimus vel fuerint in Anglia, prædicto abbati liberandum ; et habeas ibi hoc breve. Teste R. de Hengham apud Westm., iii. die Jul. anno regni nostri xiiii°.

Cantebr. Warr.

In crastino Purificationis Beatæ Mariæ, anno regni Edwardi xvi°., facta fuit hæc recognitio apud Westm. coram Justiciariis de Banco.

Elyas de Bekyngham et Amabilia, quæ fuit uxor Johannis Comyn, cognoverunt, quod debent abbati de Malmesburia, pro maritagio Johannis, filii et heredis Johannis Comyn, et aliorum heredum, fratrum et sororum qui nunc sunt, quousque unus eorum ad plenam pervenerit ætatem, quater viginti marc. solvendas apud Malmesburiam, videlicet: In festo Sancti Michaelis, anno regis nunc sextodecimo, viginti sex *mr.* octo *sol.* decem. *den.* et *ob.* Et in festo Sancti Michaelis proximo sequente, viginti sex *mr.* octo *sol.* x. *den.* et *ob.* Et in festo Paschæ proximo sequente, viginti sex *mr.* octo *sol.* et xi. *den.* Et nisi fecerint concedunt quod vicecomes fieri faciat de terris et catallis, etc.

Abbas de Malmesburia recognovit se vendidisse Amabiliæ Comyn maritagium filii et heredis Johannis Comyn quondam viri sui, et aliorum heredum ipsius Johannis, nunc infra ætatem existentium, donec unus eorum plenam compleverit ætatem, pro quater viginti *mr.* secundum quod eadem Amabiliam recognovit coram Justiciariis de Banco, anno regis E. xvi°.

Warr.

Amabilia, quæ fuit uxor Johannis Comyn, cognovit quod debet abbati de Malmesburia decem lib., unde reddet ei apud Malmesburiam, ad Pascham c. *sol.*, et ad

festum Sancti Michaelis proximo sequens, c. *sol.*; et nisi fecerit, concedit quod vicecomes fieri faciat de terris et catallis, etc., coram Justiciariis de Banco regis, anno prædicto.[1]

Processus placiti de Niwebold coram domino Radulfo de Hingeham. f. 116.

Postea hic ad hunc diem venerunt partes per præceptum domini regis et similiter juraverunt, et prædicta Amabilia requisita qua de causa venire fecit hic prædictum recordum, quæ dicit quod prædicta inquisitio minus sufficienter fuit examinata, quia dicit quod licet prædictus abbas, prædecessor prædicti abbatis, extitit in seisina de prædicta custodia, ut prædictum est, postea concessit prædictæ Johannæ prædicta tenementa, tenenda per socagium, ita quod nunquam inde habuit post factum illud aliquod servitium militare, et quod ita sit petit quod inquisitio reexaminetur.

Item de eodem.

Et abbas per attornum suum dicit quod qualemcumque cartam ipsa profert, quod prædecessores sui semper extitere ante factum, in facto, et post semper illud, in seisina, de serviciis militaribus, ut de scutagio et aliis serviciis prædecessorum ipsius Johannis, et eorum ballivorum, etc.

Item de eodem.

Et Amabilia dicit quod prædictus Johannes Comyn, quondam vir suus, semper morabatur in partibus Hyberniæ, ita quod nunquam persolvit scutagium per manum suam prædecessoribus ipsius abbatis. Et si aliquod scutagium levatum fuit de hominibus ipsius Johannis hoc fuit per extorsionem, et invito ipso Johanne, et quod ita sit petit quod inquiratur.

[1] In the margin of folios 115 *b.* and 116.

Item de eodem, coram R. de Hingham.

Et juratores dicunt super sacramentum suum, quod prædecessores ipsius abbatis ceperunt scutagium de antecessoribus ipsius Johannis, et similiter de tenentibus ipsius Johannis, quando accidit, per voluntatem ipsius Johannis, et non per extorsionem. Ideo constans est quod prædictus abbas eat inde sine die, et prædicta Amabilia nihil capiat per recordum istud, sed sit in misericordia pro falso clamore. Et præceptum est vicecomiti Warewyke, quod distringat prædictam Amabiliam ad reddendum prædicto abbati Johannem, filium et heredem prædicti Johannis.

Nomina juratorum.

Dominus Henricus de Cerne, Petrus Bluet, Thomas Tyeis, Philipus le Gay, Johannes de Chiltone, Robertus Kainel, Willelmus Percheay, Johannes Kalewaye, Johannes de Bauntone, Rogerus Bubbe, Adam Harding, Walterus Mauduth. Capta fuit hæc inquisitio apud London. post Pascha in unum mensem coram domino Radulfo de Hyngham justiciario domini regis, ceterisque sociis suis, anno Domini M°.CC°. octogesimo sexto, et anno regni regis E. quartodecimo.

f. 116 *b*. *Scriptum domini Ricardi, Dei gratia Cantuariæ Archiepiscopi, factum Abbati et Conventui Malmesburiæ.*

Grant of certain tithes for the maintenance of hospitality; and confirmation of the same.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus Dei gratia Cantuariæ archiepiscopus, totius Angliæ primas, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos litteras venerabilis fratris nostri Ricardi, quondam Sarum episcopi inspexisse, sub hac forma: " Omnibus Christi fidelibus ad quos " præsens scriptum pervenerit, Ricardus Dei permis- " sione Sarum Ecclesiæ minister humilis, salutem, gra-

" tiam et Dei benedictionem. Considerantes quod in
" pluribus locis in quibus olim fervor caritatis vigebat
" multorum caritas refrigescat, et quod in hospitibus
" recolligendis et in aliis operibus misericordiæ, quod
" non sine dolore dicimus, plus solito multorum tepes-
" cat devotio, illorum qui in nostra consistunt dyocesi
" caritatem, si forte obdormierit, præ ceteris specialius
" exhortationibus tenemur excitare ; et ad hospitalita-
" tem sectandum, non solum verbis sed etiam bene-
" dictionibus ac largitionibus efficacite provocare ; ea
" propter cum ad hospitalitatem sectandam efficacior sit
" exhortatio, re quam voce, facto quam verbo, ut aliorum
" ad bonum hospitalitatis efficacius intendatur devotio,
" de assensu et voluntate capituli nostri dedimus, intuitu
" caritatis, Deo et ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmes-
" buria et monachis ibidem Deo servientibus, ad aug-
" mentum hospitalitatis, omnes decimas garbarum in
" parochia ecclesiæ de Creddewelle, et cappellarum
" suarum de Hanekyntone, videlicet, et de Estcote,
" nomine perpetui beneficii futuris et perpetuis tem-
" poribus possidendas, exceptis decimis garbarum tri-
" ginta duarum virgatarum terræ, quarum viginti tres
" sunt in Cheggelewe, et novem apud Tothulle versus
" Esseleye, in eadem parochia. Quæ quidem decimæ
" garbarum, una cum quibusdam aliis inferius notatis,
" cedent in portionem personæ rectoris ecclesiæ de
" Creddewelle, qui pro tempore fuerit, a nobis vel suc-
" cessoribus nostris, ad præsentationem abbatis et
" conventus de Malmesburia, ad memoratam ecclesiam
" admittendus et instituendus, ac in eadem in ordine
" sacerdotali, quem cura illius ecclesiæ requirit, con-
" tinuam facturus residentiam. Habebit autem dictus
" rector ecclesiæ memoratæ, præter dictas decimas gar-
" barum, terras ecclesiæ et capellæ de Hanekyntone,
" cum pratis et pascuis, et omnibus aliis ad eas perti-
" tinentibus, et omnes decimas præter decimas garbarum,
" ut prædictum est, et præter decimas feni de proprio

f. 117. "abbatis quod in præsenti tenet dominico. Similiter "habebit omnes oventiones altaris et cimiterii ecclesiæ "de Creddewelle et capellarum memoratarum, sicut "Henricus de Curtenay et Radulfus, vicarii de Ha-"nekyntone, habere consueverunt. Is autem qui pro "tempore fuerit rector sæpedictæ ecclesiæ omnia onera "consueta et consuetudines episcopales et archia-"diaconales sustinebit. Volumus etiam et concedimus "ut illas tres marcas, quas ecclesia de Malmesburia ab "antiquo de ecclesia de Creddewelle percipere con-"suevit, ad indicium hujusmodi nostræ donationis, "nomine prædicti perpetui beneficii, quamdiu Hen-"ricus de Curtenay, nunc rector ecclesiæ de Creddewelle "vixerit, annuatim de cetero percipiat. Cum vero de "prædicto Henrico humanitus contigerit, dictus abbas "et conventus de Malmesburia libere et sine contra-"dictione alicujus possessionem prædicti beneficii in-"grediantur, et novam possessionem veteri, quam "per receptionem trium marcarum retinuerunt, sine "difficultate continuent. Et licet monachi, ibidem Deo "servientes, pro nobis orare teneantur, et ut ad id "faciendum eorum magis provocetur devotio, et ut "anniversarium nostrum, cum de nobis humanitus "contigerit, libentius singulis annis faciant cum pleno "servicio pontificali, dedimus insuper eisdem, intuitu "Dei, de assensu capituli nostri, ad necessitatem mona-"chorum de infirmaria in aliquo relevandam, capellam "villulæ suæ de Northone, salva competenti susten-"tatione vicarii perpetui in eadem capella perpetuis "temporibus ministraturi. Ita ut qui administrator "coquinæ monachorum pro tempore fuerit, de portione "ad infirmariam pertinente, infirmario fideliter et "integre respondeat, salva debita et antiqua pensione "annua duorum solidorum, quos infirmarius sacristæ "de Malmesburia persolvat. Has autem pias conces-"siones nostras episcopali auctoritate confirmamus, et "sigilli nostri ac capituli Sarum appositione communi-

" mus, salvis in omnibus jure et dignitate Sarum
" Ecclesiæ, et nostra, et successorum nostrorum. Ad
" majorem etiam securitatem super prædictis conces-
" sionibus duo confecta sunt instrumenta sub eisdem
" omnino verbis et tenore concepta, quorum unum re-
" manebit penes monasterium Malmesburiæ, aliud in
" thesaurario Ecclesiæ Sarum, cui sigilla abbatis et
" conventus de Malmesburiæ sunt appensa. Datum
" Sarum per manus magistri R. de Hertford, tunc
" cancellarii, xvi. Kal. Februarii, pontificatus nostri anno
" quinto. Hiis testibus, Magistro Willelmo de Waude f. 117 *b.*
" tunc decano Sarum, Magistro Willelmo de Badesdon
" præcentore, Abraham thesaurario, Magistro Ricardo
" archidicano Wyltescyre, Magistro Willelmo de Mer-
" tone tunc offic., Magistro Luca, Magistro Ricardo de
" Scorestane, Johanne capellano, Magistro Ricardo de
" Bremele, Magistro Petro Malesmeyns, et multis aliis.]
" Nos igitur dictam collationem, sicut rationabiliter
" facta est, præsenti scripto auctoritate Cantuariæ Ec-
" clesiæ confirmamus. Datum anno Domini, M°.CC°.XXX.
" mense Junii. Valete."

Scriptum Domini J. Cantuariæ Archiepiscopi, super privilegiis per eundem confirmatis Abbati et Conventui Malmesburiæ.

Universis præsentes litteras inspecturis frater Johannes, permissione divina Cantuariæ Ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, salutem in Domino sempiternam. Ad universitatis vestræ notitiam tenore præsentium volumus pervenire, quod nos in dyocesi Sarum visitationis metropoliticæ fungentes officio, religiosos viros, abbatem et conventum Malmesburiæ, ordinis Sancti Benedicti, ejusdem dyocesis, quasdam ecclesias in ipsa dyocesi in proprios usus invenimus obtinere, prout in privilegiis eorum plenius continetur, nec non et portiones et pensiones in diversis ecclesiis percipere, et parochiis alienis, propter quod eosdem abbatem et con-

ventum ad certos diem et locum coram nobis fecimus evocari, ostensuros, quo jure memoratas ecclesias possent in usus proprios licite retinere, et portiones et pensiones recipere memoratas. Qui coram nobis per procuratorem idoneum legitime comparentes privilegia sua et munimenta super hiis nobis exhibuerunt; quibus inspectis et diligenter examinatis, invenimus memoratos religiosos quoad ipsas ecclesias, portiones et pensiones, quas tenent et percipiunt in ipsa dyocesi, esse sufficienter munitos. Unde eosdem a nostro examine dimisimus absolutos. Datum apud Bradenestoke in crastino Apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M°.CC.° octogesimo quinto.

f. 118. *Secundum taxationem Norwycensem de temporalibus et spiritualibus Abbatis et Obedienciarii.*

Tenths due according to the Norwich taxation.

Kemele in xii. *li.* v. *s.* x. *d.* Inde decima, xxiiii. *s.* vii. *d.*

Creddewelle in xxi. *li.* v. *s.* x. *d.* Inde decima, xlii. *s.* vii. *d.*

Cherletone in viii. *li.* x. *d.* Inde decima, xvi. *s.* i. *d.*

Puritone in xiii. *li.* xv. *s.* x. *d.* Inde decima, xxvii. *s.* vii. *d.*

Bremel in xxvi. *li.* ix. *s.* ii. *d.* Inde decima, lii. *s.* xi. *d.*

Suttone in viii. *li.* v. *solid.* Inde decima, xvi. *s.* vi. *d.*

Coufaude in xv. *li.* xv. *sol.* Inde decima, xxxi. *s.* vi. *d.*

Northone, ...[1]

Brokeneberge in xvi. *l.* xii. *s.* vi. *d.* Inde decima, xxxiii. *s.* iii. *d.*

Niwentone in xi. *li.* ix. *s.* ii. *d.* Inde decima, xxii. *s.* xi. *d.*

Unde portiones Sacristæ et Camerarii *di.* marc.

Summa totalis, vi^{xx}. et xiii. *li.* xix. *s.* ii. *d.* Summa decimæ, xiii. *li.* vii. *s.* xi. *d.*

---

[1] Blank in MS.

De spiritualibus Abbatis.

De ecclesia de Kemele, x. *li.* xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xxi. *s.* iiii. *d.*

De ecclesia de Creddewelle, xiiii. *li.* xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xxix. *s.* iiii. *d.*

De ecclesia Beati Pauli, xii. *li.* Inde decima, xxiiii. *s.*

De ecclesia Beatæ Mariæ in Westport, xiii. *li.* vi. *s.* viii. *d.* Inde decima, xxvi. *s.* viii. *d.*

De ecclesia de Puritone, xiiii. *li.* xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xxix. *s.* iiii. *d.*

Summa totalis, lxv. *li.* vi. *s.* viii. *d.* Summa decimæ, vi. *li.* x. *s.* viii. *d.*

De temporalibus Obedienciarii.

De Iwerigge, Gruteham et Brenkewrthe, xx *li.* xix. *s.* ii. *d.* Inde decima, xli. *solid.* xi. *denar.*

De Garesdone et Albo Monasterio, xxvii. *li.* xv. *s.* x. *d.* Inde decima, lv. *s.* vii. *d.*

Summa totalis de temporalibus obedienciarii, xlviii. *li.* xv. *s.* Summa decimæ de eisdem, iiii. *li.* xvii. *s.* vi. *d.*

De spiritualibus Sacristæ.

De ecclesia Beati Pauli, iiii. *li.* Inde decima, viii. *solid.*

De ecclesia Beatæ Mariæ, lxvi. *s.* viii. *d.* Inde decima, vi. *s.* viii. *d.*

De ecclesia de Geresdone, x. *s.* Inde decima, xii. *d.* f. 118 *b.*

De ecclesia de Northone, ii. *s.* Inde decima, ii. *d.* *ob.*

De ecclesia de Niwentone, vi. *s.* viii. *d.* Inde decima, viii. *d.*

Summa totalis, viii. *li.* v. *s.* iiii. *d.* Summa decimæ, xvi. *sol.* vi. *d.* *ob.*

Redditus Camerarii de spiritualibus.

De ecclesia de Brenkewrthe, xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xvi. *d.*

De ecclesia de Puritone, xl. *solid.* Inde decima, iiii. *solid.*

De ecclesia de Colerne, xxvi. *s.* viii. *d.* Inde decima, ii. *s.* viii. *d.*

De ecclesia de Yattone, vi. *s.* viii. *den.* Inde decima, viii. *d.*

De ecclesia de Lynam, xx. *s.* Inde decima, xii. *d.*

De decimis in Cherletone, iiii. *li.* Inde decima, viii. *s.*

Item in Brokeneberge et Niwentone, vi. *s.* viii. *d.* Inde decima, viii. *d.*

Summa totalis, ix. *li.* iii. *s.* iiii. *d.* Summa decimæ, xviii. *s.* iiii. *d.*

Redditus aliorum Obedienciariorum de spiritualibus.

Pitantiarius de Puritone, liii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, v. *s.* iiii. *d.*

Precentor de Kemele, xxvi. *s.* viii. *d.* Inde decima, ii. *s.* viii. *d.*

Infirmarius de Northone, xl. *s.* Inde decima, iiii. *s.*

Coquinarius de ecclesia de Brenkewrthe, iii. *s.* viii. *d.* Inde decima, iiii. *d. ob.*

Item de Kemele, xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xvi. *d.*

Pitantiarius de Kemele, vi. *s.* vii. *d.* Inde decima, viii. *d.*

Summa totalis, vii. *li.* iii. *s.* viii. *d.* Summa decimæ, xiiii. *s.* iiii. *d. ob.*

Summa totalis tam de temporalibus quam spiritualibus abbatis, ix^{xx}xix. *li.* v. *sol.* x. *d.* Præter Northone, Blakelonde, Colerne, Fouleswyk, et Lutletone. Et sic erit decima abbatis, xix. *li.* xviii. *s.* vii. *d.*

Summa totalis tam de temporalibus quam spiritualibus obedienciarii, vii. *s.* iiii. *d.* Et sic erit decima obedienciarii, vii. *li.*[1]

Taxatio Wyntonensis et Lincolnensis Episcoporum super decima spiritualium Abbatis Malmesburiæ concessa Domino E. Regi Angliæ per Dominum papam in subsidium Terræ Sanctæ per sex annos, anno ejusdem E. vicesimo. f. 119.

De spiritualibus Abbatis.

De ecclesia Sanctæ Mariæ in Westporte, xv. *mr.* Inde decima, xx. *s.* Tenths due for aid of the Holy Land.

De ecclesia Sancti Pauli, xii. *mr.* Inde decima, xvi. *s.*

De ecclesia de Kemele, xiii. *mr.* Inde decima, xvii. *s.* iiii. *d.*

De ecclesia de Purytone, xvii. *mr.* Inde decima, xxii. *s.* viii. *d.*

De ecclesia de Creddewelle, xxii. *mr.* Inde decima, xxix. *s.* iiii. *d.*

Summa totalis, lii. *li.* xiii. *s.* iiii. *d.* Summa decimæ, v. *li.* v. *s.* iiii. *d.*

De spiritualibus Sacristæ.

De ecclesia de Garisdone, x. *s.* Inde decima, xii. *d.*

Pensio sacristæ in capella de Nortone, ii. *s.* Inde decima, ii. *d. ob.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Nywentone, viii. *sol.* Inde decima, ix. *d. ob.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Westporte, v. *mr.* Inde decima, vi. *s.* viii. *d.*

Pensio ejusdem in ecclesia Sancti Pauli, vi. *mr.* Inde decima, viii. *s.*

Summa totalis, viii. *li.* vi. *s.* viii. *d.* Summa decimæ, xvi. *s.* viii. *d.*

---

[1] Folios 118 and 118 *b.* have been struck through with a pen in MS.

[1] De decimis de Cherletone, iiii. *li.* Inde decima, viii. *s.* De pensione in Lynhame, xx. *s.* Inde decima, ii. *s.*

De spiritualibus Camerarii.

De ecclesia de Colerne, ii. *mr.* Inde decima, ii. *s.* viii. *d.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Zettone, vi. *s.* viii. *d.* Inde decima, viii. *d.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Brenkwrthe, i. *mr.* Inde decima, xvi. *d.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Puritone, iii. *mr.* Inde decima, iiii. *s.*

Summa totalis, viii. *li.* vi. *s.* viii. *d.* Summa decimæ, xviii. *s.* viii. *d.*

De spiritualibus Pitanciarii.

De ecclesia de Puritone, iiii. *mr.* Inde decima, v. *s.* iiii. *d.*

Pensio ejusdem in ecclesia de Kemele, vi. *s.* viii. *d.* Inde decima, viii. *d.*

Summa totalis, lx. *sol.* Summa decimæ, vi. *s.*

De spiritualibus Infirmarii.

De capella de Northone, xl. *s.* Inde decima, iiii. *s.* Summa patet.

De spiritualibus Coquinarii.

De ecclesia de Kemele, xiii. *s.* iiii. *d.* Inde decima, xvi. *d.*

---

[1] This entry has been put in afterwards.

Pensio ejusdem in ecclesia de Brenkwrthe, iiii. *s.* Inde decima, iiii. *d. ob. q.*

Summa totalis, xvii. *sol.* iiii. *d.* Summa decimæ, xx. *d. ob. q.*

De spiritualibus Præcentoris.

De ecclesia de Kemele, ii. *mr.* Inde decima, ii. *s.* viii. *d.* Summa patet.

The following additions are made in a later hand at the bottom of folio 117 *b.* and folio 118.

Ecclesia de Pylton taxatur in, vi. *li.* xiii *s.* iiii. *d.*	Summa xii. *li.* xviii. *s.*
Temporalia ejusdem ecclesiæ, iiii. *li.* xi. *s.* viii. *d.*	
Ecclesia de Offord, xx. *s.* . .	
Pensio ecclesiæ de Morcheho, viii. *s.* .	
Et pensio ecclesiæ de Menwode, v. *s.*	

Luttleton.

Capella de Littleton in Comitatu Gloucester, viii. *marc.*

Portio abbatis de Malmesburia de decimis retentu ibidem, xiii. *s.* iiii. *d.*

Hæc sunt expressa verba reposita in registro Wygorn, . . .

Taxatio temporalium ibidem Abbatis Malmesburiæ x. *li.* xv. *s.* iiii. *d.*

Unde decima, xxi. *s.* vi. *ob.*

Item portio in ecclesia ibidem, xiii. *s.* iiii. *d.* Unde decima, xvi. *d.*

Unde dimidia decima de temporalibus et spiritualibus, xi. *s.* *ob.* *q.*

f. 119 *b.* *Taxatio Wyntone. et Lincoln. Episcoporum super decima temporalium abbatis Malmesburiæ concessa Domino E. regi Angliæ per Dominum Papam in subsidium Terræ Sanctæ per sex annos. Anno ejusdem E. vicesimo.*

Brokeneberge, xxii. *li.* v. *s.*	Decima, xliiii. *s.* vi. *d.*
Cherletone, xvi. *li.*	Decima, xxxii. *s.*
Coufaude, xxvi. *li.* xiii. *s.* iiii. *d.*	Decima, liii. *s.* iiii. *d.*
Thytwode, vi. *li.* x. *d.*	Decima, xiii. *s.*
Nortone, viii. *li.* x. *s.*	Decima, xvii. *s.*
Niwentone, xiii. *li.*	Decima, xxvi. *s.*
Kemele, xviii. *li.*	Decima, xxxvi. *s.*
Suttone, xiii. *li.* x. *s.*	Decima, xxvii. *s.*
Fouleswyke, v. *li.*	Decima, x. *s.*
Creddewelle, xxx. *li.*	Decima, lx. *s.*
Purytone, xviii. *li.* xvi. *s.*	Decima, xxxvi. *s.*
Bremel, xxviii. *li.* xvi. *s.*	Decima, lvii. *s.* vii. *d.*

De redditibus porcorum in diversis locis, xv. *li.* ix. *s.* Decima, xxi. *s.* vi. *d.* *ob.*

Lutletone, x. *li.* xv. *s.* iiii. *d.* Decima, xxi. *s.* vi. *d.* *ob.*

Summa totalis, xi^{xx}. xii. *li.* xii. *s.* x. *d.* cum Scherstone.
Summa decimæ, xxiii. *li.* vi. *s.* ii. *d.* *ob.* cum Scherstone.

Blakelonde, iiii. *li.* iiii. *s.* iiii. *d.*	Decima, viii. *s.* v. *d.*
Brenkewrthe, vii. *li.*	Decima, xiiii. *s.*
Thornhulle, xl. *li.*	Decima, iiii. *s.*
Scheorston, xiii. *s.* iiii. *d.*	Decima, xvi. *d.*
Garisdone, xxi. *li.* x. *s.*	Decima, xliii. *s.*
Iwerygge, xiiii. *li.*	Decima, xxviii. *s.*
Grutenham, x. *li.*	Decima, xx. *s.*
Album Monasterium, viii. *li.*	Decima, xvi. *s.*

Summa de Obedienciario, lxv. *li.* vii. *s.* viii. *d.*
Summa decimæ de Obedienciario, vi. *li.* xv. *s.* v. *d.*

Hudredselver forinsecus. f. 120.

	Die Sancti Martini,	*Hockedaye.*
Cheggelewe.—Johannes le Paumer .	*ob. q.*	*ob. q.*
Willelmus Jouky .	*ob. q.*	*ob. q.*
Felicia Dreu . .	*ob. q.*	*ob. q.*
Ricardus Humfrey .	*ob. q.*	*ob. q.*
Johannes le Fraunceys	*ob. q.*	*ob. q.*
Willelmus Arnald .	*ob. q.*	*ob. q.*
Hugo Souz . .	*ob. q.*	*ob. q.*
Editha Baret . .	*ob. q.*	*ob. q.*
Johannes le Kyng .	*ob. q.*	*ob. q.*
Johannes de Mordone .	*ob. q.*	*ob. q.*
Ricardus le Engleys .	*ob. q.*	*ob. q.*
Summa[1] .		
Somerforde.—Jordanus de Somerford	ii. *d.*	ii. *d.*
Radulphus de Sterkele	iii. *d.*	iii. *d.*
Willelmus Bayllemund	iii. *d.*	iii. *d.*
Alexander de Somerford	ii. *d.*	ii. *d.*
Willelmus Blanchard .	i. *d.*	i. *d.*
Alicia Lucas . .	i. *d.*	i. *d.*
De Segre per manum le Dysener	xii. *d.*	xii. *d.*
De Dreycote . . .	xii. *d.*	xii. *d.*
De Estone	xii. *d.*	xii. *d.*
De Hundlavintone . . .	iii. *s.*	iii. *s.*
De Reginaldo de Bradefelde .	i. *d.*	i. *d.*
De Giliberto Franceys, pro tenemento suo in eadem . . .	i. *d.*	i. *d.*
De Agnete de Bradefelde . .	i. *d.*	i. *d.*
De Richemanno de eadem .	i. *d.*	i. *d.*
De Henrico le Nyweman . .	i. *d.*	i. *d.*
De Radulpho Fortanon . .	i. *d.*	i. *d.*

[1] Blank MS.

	Die Sancti Martini,	*Hockedaye.*
De Rogero de Pegynkhulle pro feodo[1]		
Henrici la Persone et Ricardi Martyn	ii. *d.*	ii. *d.*
De Waltero Gobel de eadem .	i. *d.*	i. *d.*
De Matheo Roylly . .	i. *d.*	i. *d.*
De Foxle	x. *d.*	x. *d.*
Summa totalis[1] .		

f. 120 *b.* *De scutagio Baronum.*

De Dauntese, xxx. *sol.*, et ad hanc Bremelham dat, x. *s.*

Robertus de Keynes, xxx. *sol.*

Avene, xx. *sol.*

Somerford Mauduth, l. *marc.*

Robertus Pagani, x. *sol.* Idem pro feodo Matravers, x. *den.*

Galfridus le Morle, x. *s.*

Johannes le Hanekyntone, x. *s.*

Walterus Huese, iiii. *s.*

Rogerus de Cherletone, pro feodo le Theyn, iiii. *s.*

Idem pro feodo de Cherletone, ii. *s.* vi. *d.*

Thomas Maleward, v. *sol.*

Ricardus de la Lee, v. *sol.*

De Petro de Estone, pro feodo Matravers, xii. *d.*

De dominico et villenagio ejusdem feodi, viii. *s.* iiii. *d.*

De terra Roberti de Bradefeld, ii. *s.*

De Waltero le Scot, ii. *s.* et vi. *d.*

De Radulpho de Hundlavintone, ii. *s.* vi. *d.*

Walterus de Thethingdone, xviii. *d.*

Abbas pro terra Willelmi de Hanekintone, vi. *d.*

Sacrista pro terra Reginaldi Capellani, xii. *d.*

---

[1] Blank in MS.

[2] In margin of f. 120. Quære plus de Hundredselver et denariis Petri in nono folio præcedenti.

De feodo Comyn, ii. *s.* viii. *d.*
Wybertus pro eodem feodo, viii. *d.*
Johannes le Brech, pro feodo le Brech, iii. *s.* iiii. *d.*
De eodem pro feodo Wayfer, v. *d.*
Willelmus de Coubrigge, pro eodem feodo, v. *d.*
Abbas pro eodem, x. *d.*
Henricus le Scay, pro eodem feodo, xx. *d.*
Wybertus pro feodo Britonum, iii. *s.* iiii. *d.*

Summa totius scutagii, viii. *li.* xviii. *s.* iiii. *d.*

Et ad complendam summam de xii. *li.*, solvet abbas, lxii. *s.* viii. *d.*

Cap. XII.

Hæc sunt servicia quæ milites de abbatia Malmesburiæ recognoverunt in curia domini regis coram Ricardo de Luci, et Reginaldo comite Cornubiæ, et Willelmo comite de Mandeville, et Ricardo Archidiacono Pictaviæ, et Gaufrido archidiacono Cantuar., et Ricardo regis thesaurario, et Rannulfo de Glanville, et Thoma Basset, se debere abbati Malmesburiæ domino suo. f. 121. Military service of the Abbey.

Avene. Filius comitis Patricii debet abbati servicium unius militis, in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea faciet servicium dimidiæ partis feudi unius militis de regali servicio.

Daunteseye. Milo, filius Milonis de Daunteseya, debet facere servicium duorum militum, in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea faciet servicium trium partium feodi unius militis, ad faciendum regale servicium.

Robertus de Keynes. Adam de Peritune debet abbati servicium duorum militum, in homagio, et relevio, et auxiliis. Et præterea faciet ei servicium trium partium feodi unius militis, ad faciendum regale servicium.

Johannis Maudut. Anthelmus Maldut debet servicium unius militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet ei facere servicium . . .[1] militis de regali servicio.

Johannes le Breet. Walterus de Nywentuna debet servicium feodi dimidii militis, in homagio, et relevio, et auxiliis. Et præterea debet servicium quartæ partis unius militis de servicio domini regis.

Robertus de la Lee. Gaufridus de Brinkewrde debet servicium dimidii militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium quartæ partis feodi unius militis de servicio domini regis.

Galfridus de Morle. Gilibertus de Sunnigg debet servicium dimidii militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium quartæ partis feodi unius militis de servicio regis.

Johannes de Hanekintone. Rogerus filius Gaufridi debet servicium dimidii militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium quartæ partis feodi unius militis de servicio regis.

Thomas Maleward. Robertus de Maleward debet servicium quartæ partis unius militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium octavæ partis feodi unius militis de servicio regis.

Ricardus de la Lee. Ricardus Blundus debet servi-
f. 121 *b.* cium quartæ partis unius militis in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium octavæ partis [feodi] unius militis de servicio regis.

Walterus Hoese. Rotcelinus Hosacus debet servicium quartæ partis unius militis, in homagio, et relevio et auxiliis. Et præterea debet servicium octavæ partis feodi unius militis de servicio regis.

---

[1] Blank in MS.

Cap. XIII.

Carta Berthwaldi regis de Somerford quæ sita est juxta flumen quod dicitur Tamesia, quam regali munificentia contulit Aldhelmo Abbati Meldunensis ecclesiæ, successoribusque suis hereditate perpetua.

Grant of Somerford.

Ea quæ secundum timorem et amorem Domini religiosa largitionis devotione diffiniuntur, quamvis solus sermo sufficeret, tamen pro incerta futurorum temporum conditione scriptis publicis et documentorum gestis sunt confirmanda. Quapropter ego Berthwaldus regnante Domino rex, pro remedio animæ meæ, et indulgentia comissorum criminum, aliquam terram conferre largirique Aldhelmo abbati decreveram: id est illam de orientali plaga fluminis cujus vocabulum est Temis, juxta vadum qui appellatur Sumerford, xl. cassatos; ea scilicet definitione ut omni servitute secularium potestatum portio terræ illius perpetualiter sit libera, ad serviendum necessitatibus monachorum Deo servientium in monasterio quod nominatur Maeldubesburg. Et ut firmius ac tenacius hæc devotio imperpetuum roboretur, etiam præcellentissimum monarchum Æthelredum regem ad testimonium ascivimus, cujus consensu et confirmatione hæc munificentia acta est.

Si quis contra hanc donationem venire temptaverit, aut tyrannica fretus potestate violenter invaserit, sciat se in tremendo cunctorum examine coram Christo rationem redditurum.

Actum publice in synodo juxta vadum Berghford, mense Julio, tricesima in die mensis ejusdem, indictione xiii. Anno ab Incarnatione Domini sexcentesimo xxxv.

Cap. XIIII.

Quomodo Leutherius Wintoniensis episcopus, Aldhelmo presbitero et Meldunensi cenobio, terram de Maldumesburg contulit, æterna largitione.

Grant of Malmesbury to the Abbey.

Solet enim plerumque contingere ut autumpnali torrido facessante caumate, brumalia sævientium ventorum flabra reciprocis alternatim cursibus succedant, quibus procellosa pelagi cerula innormesque oceani gurgites hinc atque illinc quatiuntur, quatinus navigero tramite nullus absque discrimine navigans, furibundo
f. 122. flamine carbasa rumpente, transffretat: Ita nimirum prostrata mundi pompulenta gloria, jamque appropinquante ejusdem termino, fluctuantes seculi turbines incumbere evidenti experimento videntur, ut revera et ullo absque ancipiti scrupulo illa Domini præsagmina nostris tandem temporibus conprobantur impleri, quibus ita celesti oraculo effatus est, dicens; *Videte ficulneam et omnes arbores* et cetera. Porro inter has turbulentas seculi tempestates scripturarum flectanda sunt gubernacula, totiusque navigii armatura atque instrumenta paranda, quatinus garrulo Syrenarum carmine spreto ratis recto cursu ad portam patriæ prospere perducatur. Quamobrem, ego Leutherius Dei gratia episcopus, pontificatus Saxoniæ gubernacula regens, rogatus ab abbatibus qui sub jure parochiæ nostræ cenobiali monachorum agmini pastorali sollicitudine præesse noscuntur, uti terram illam, cui vocabulum est Mealdumesburg, Aldhelmo presbitero ad degendam regulariter vitam, conferre largirique dignarer; in quo videlicet loco a primo ævo infanciæ, atque ab ipso tyrocinio rudimentorum liberalibus litterarum studiis eruditus, et in gremio Sanctæ Matris ecclesiæ nutritus vitam duxit, et ob hoc potissimum hanc petitionem superna caritas suggerere videtur. Quapropter prædictorum abbatum precibus annuens, ipsum locum de quo supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctæ regulæ sollerti

devotione sequentibus, superna[1] petitione coactus, ultroneus impendo, quatinus in futuram posteritatem, remoto omni disceptationum conflictu ingruentium, quiete continua et pace perpetua Deo famulari sine impedimento valeant. Sed ne forte contentionis occasio deinceps emergat, hac rationis conditione interposita roborans confirmo, ut nullus succedentium demum episcoporum seu regum hanc nostræ donationis cartulam tyrannica fretus potestate violenter invadat, asserens pertinaciter quod de jure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque fuisse videretur. Et iccirco sciendum est, et contra æmulos promulgandum, multomagis me commodum augmentumque pontificalis ecclesiæ addidisse quam per vim abstraxisse. Postremo ut firmior præfatæ donationis largitio jugiter mansura sit prædictos abbates propriis manibus subscribere jussimus. Quod si quis hæc scripta et decreta nostræ definitionis irrita facere nitetur, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. Actum publice juxta flumen Bladon, vii. Kalendas Septembris, anno Incarnationis Christi DCLXXV.

Ego Leutherius ac si indignus episcopus rogatus a fratribus hanc donationis cartam subscripsi. f. 122 *b.*

Ego Cuniberctus, abbas, subscripsi.

Ego Haeddi, abbas, subscripsi.

Ego Hiddi, presbiter, subscripsi.

Ego Wyniberctus, presbiter, subscripsi.

Ego Hedda subscripsi.

CAP. XV.

Quomodo Aedelredus rex contulit Aldhelmo abbati et Meldunensi cenobio Newentune et Cherletone, juxta Tetteburi.

In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi salvatoris. Nihil intulimus, ut apostolicum testatur oraculum, in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus ; iccirco

Grant of Newnton and Charlton.

[1] Here and in the last page the MS. reads frena.

terrenis ac caducis æterna et mansura mercanda sunt. Quapropter ego Aethelredus rex Merciorum, rogatus a patricio meo et propinquo Coenfritho, pro remedio animæ meæ ac pro oratione fratrum in Meldunesburȝ Deo servientium, xxx. cassatos, ab occidentali parte stratæ publicæ, et non longe in alio loco quindecim, prope Tettan monasterium, Aldhelmo abbati et successoribus ejus, in libertatem terrenarum servitutum, perpetualiter libenter largitus sum. Et hanc donationem meam sacræ crucis signaculo propria manu confirmavi, et favorabilium virorum claro consensu corroboravi, ut nulla post obitum nostrum regalis audacitas, nec secularis dignitas, contra decretum nostrum confringere temptaverit. Si quis vero hanc donationem augere et amplificare voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod si quis tyrannica potestate fretus demere vel auferre satagerit, sciat se coram Christo novemque angelorum ordinibus rationem redditurum. Scripta est autem hæc cyrographi cartula anno ab Incarnatione Christi DCLXXXI., indictione ix.

Signum manus Aethelrech, regis Merciorum.
Signum manus Coenfrithi, comitis.
Ego Theodorus, gratia Dei archiepiscopus, confirmavi.
Ego Saxulbus, episcopus, subscripsi.
Ego Bosel, episcopus, subscripsi.

Cap. XVI.

Quomodo idem rex dedit eidem ecclesiæ quindecim cassatos juxta Tetteburi.

Grant of Tetbury.

In nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris. Nihil intulimus, ut apostolicum testatur oraculum, in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus; iccirco terrenis ac caducis æterna et mansura mercanda sunt. Quapropter ego Æthelredus rex Merciorum, rogatus a patricio meo et propinquo meo Cenfritho, pro remedio animæ meæ, ac pro oratione fratrum in

Meldumesburȝ Deo serviencium, xv. cassatos prope Tettan monasterium, Aldhelmo abbati libenter largitus sum. Si quis vero hanc donationem augere et amplificare voluerit Deus augeat partem ejus in libro vitæ. Quod 123.
si quis tyrannica potestate fretus demere vel auferre satagerit, sciat se coram Christo novemque angelorum ordinibus in tremendo examine rationem redditurum. Scripta est autem hæc cyrographi cartula anno ab Incarnatione Domini DCLXXX, indictione IX.

Ego Theodorus, gratia Dei archiepiscopus, confirmavi.
Ego Saxulbus, episcopus, subscripsi.
Ego Bosel, episcopus, subscripsi.
Signum manus Æthelredi, regis Merciorum.
Signum Cenfrithi, comitis.

CAP. XVII.

De Kemela quam Chedwalla rex dedit eidem ecclesiæ.

Grant of Kemble.

Omnia quæ videntur temporalia sunt, et quæ non videntur æterna sunt; iccirco visibilibus invisibilia et caducis celestia præferenda sunt. Quamobrem ego Cedwalla, regnante Domino rex, aliquod emolumentum ecclesiæ impendere decrevi; id est, terram ex utraque parte silvæ, quæ appellatur Kemele, scilicet xxxii. cassatos. Et ita fixa et immobilis hæc donatio præseveret, ut nullus hoc decretum frangere aut irritum facere præsumat. Si quis vero, superba inflatus tyrannide, hanc donationem violare aut prævaricare temptaverit, noverit se in tremendo cunctorum examine, coram judice vivorum et mortuorum rationem redditurum. Scripta est vero hæc cartula, indictione I., mense Augusto, anno ab Incarnatione Domini, DCLXXXII.

Signum manus Cedwalla, regis.
Ego Heddi, episcopus, consensi.
Signum manus Cisi.
Ego Wynberchtus subscripsi.

Cap. XVIII.

De Avena quam Baldred rex dedit eidem ecclesiæ.

Exchange for Avebury.

In nomine Domini Dei nostri et salvatoris nostri Jesu Christi. Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus; iccirco terenis ac caducis æterna celestis patriæ premia mercanda sunt. Quapropter ego Baldred aliquam terram Aldhelmo abbati impendere decrevi, id est juxta flumen Avon, et circa silvam quæ vocatur Stelcanleag et Crebbanburg, c. manentes; et ab eo c. cassatos pro vice suscepi: id est, ex plaga orientalis silvæ cujus vocabulum est Bradon; et hoc cum consilio et confirmatione Kentwini regis, et omnium principum ac senatorum ejus, roboratum est. Si quis contra hæc scripta venire temptaverit, sciat se ante tribunal æterni judicis et coram sanctis angelis rationem redditurum. Scripta est hæc donatio, immo vicaria commutatio, mense Augusto, indictione I. anno ab Incarnatione Christi. DC. octagesimo octavo.

Signum manus Cedwalla, regis.
Ego Headdi, episcopus, confirmavi.
Signum manus Baldredi.
Signum manus Cisi.
Ego Wdda subscripsi.
Ego Winberchtus subscripsi.

Cap. XIX.

f. 123 *b.*

De Kemela quam Cedwalla rex dedit ecclesiæ.

Grant of the fishery of Bradonbrook.

In nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris. Omnia quæ videntur temporalia sunt, et quæ non videntur æterna sunt; et iterum lubrica seculi fragilitas ostenditur, cum per eundem apostolum dicitur, nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus; iccirco terrenis ac caducis æterna et mansura

celestis infulæ corona comparanda est. Quamobrem ego Cedwalla, regnante Domino rex, aliquam terram, pro animæ meæ remedio et indulgentia piaculorum meorum, conferre ac donare Aldhelmo abbati devota mente decreveram ; id est, ex utraque parte silvæ cujus vocabulum est Kemele, de orientali plaga termini stratarum, usque famosum amnem qui dicitur Temis, c. et xl[a]. manentes ; et in alio loco xxx[ta]. de orientali parte silvæ Bradon, et v. manentes ubi conjunguntur duo flumina Abon et Wiliȝ, et hoc maxime ad piscationem fratrum. Ita firmiter et immobiliter hæc largitio in futuram posterorum progeniem permaneat, ut nullus frangere hujus donationis privilegium præsumat. Si quis vero contra hanc munificentiam, tyrannica potestate inflatus, venire temptaverit, sciat se obstaculum iræ Dei incurrere, et in ultimo examine coram Christo et angelis ejus rationem reddere. Scripta est autem hæc munificentia, indictione xiii., anno ab Incarnatione Christi, DCLXXXVIII., mense Augusto xiiii., Kalendarum Septembrium die feliciter.

Ego Haeddi, episcopus, subscripsi.
Signum manus Centwini.
Signum manus Cedwallan.

Cap. XX.

De Meldumesburgȝ quam Yna rex dedit eidem ecclesiæ.

In nomine Domini Jesu Christi salvatoris nostri. Ego Yna, regnante Domino rex Saxonum, cogitans vitæ æternæ præmium, verens penas inferni perpetuas, iccirco pro remedio animæ meæ, et relaxatione criminum meorum, aliquam terræ particulam donare decreveram venerabili Aldhelmo abbati, ad augmentum monasterii sui quod vocatur Mældumesburgȝ, id est, xlv. cassatos, in locis ab accolis infra nominatis. Id est, v. manentes in loco qui dicitur Gersdune, et ubi rivulus qui vocatur

Grant of Garsden.

Corsaburna oritur, xx.; et in alio loco juxta eundem rivulum, x. et juxta laticem, qui vocatur Reodburna, x. Et hoc actum est anno ab Incarnatione Christi DCCI., indictione xiiii.

Signum manus Yni, regis.

Signum manus Oshelmi.

Ego Hæddi, episcopus, huic donationi consensi et subscripsi.

Ego Wynberchtus hanc donationem dictans subscripsi.

Cap. XXI.

f. 124. *De libertate quam Yna rex contulit Aldhelmo præsuli, et ecclesiis sub ejusdem regimine constitutis.*

Grant of Liberty.

In nomine Domini Dei nostri salvatoris. Ego Yna, regnante Domino rex, cum consilio et decreto præsulis nostri Aldhelmi, simulque cunctorum Dei sacerdotum suggessione, et monachorum petitione, qui in parochia Saxonum conversantur, hanc libertatem ecclesiis impendo, et hanc privilegii dignitatem monasteriis confero, ut sine impedimento secularium rerum, et absque tributo fiscalium negotiorum, liberis mentibus Deo soli serviant, et monasticam cenobii disciplinam, Christo suffragium largiente, regulariter exerceant; ac pro statu et prosperitate regni nostri, et indulgentia commissorum criminum, ante conspectum divinæ majestatis preces fundere dignentur; et orationum officia frequentantes in ecclesiis, pro nostra fragilitate interpellare nitantur. Si quis vero contra hujus decreti singrapham venire temptaverit, sciat se coram Christo, novemque angelorum ordinibus, in tremendo examine rationem redditurum. Hoc vero decretum, a nobis libenter concessum, taliter confirmari et servari decernimus, ut nobis tam vita comite propitia divinitate regni gubernacula regentibus, [quam futuris successoribus hereditatis jure regnandi monar-

chiam tenentibus,] et inextricabili lege firmiter roboretur.

Nam pro ampliori firmitatis testamento, principes et senatores, judices et patricios, subscribere fecimus, quorum nomina infra tenentur asscripta. Actum publice et confirmatum in loco qui appellatur Eburleagh, septimo Kalendarum Juniarum die, indictione II°, anno ab Incarnatione Christi, DCCIIII. feliciter.

Signum manus Yni, regis, qui hæc omnia manu propria confirmavit.

Ego Aldhelmus, servus servorum Dei, hoc decretum manu propria roboravi.

Ego Hagona, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Ædbertus, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Heaha, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Wintre, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Wedr, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Beornwald, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Wilgar, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Bealwlf, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Froda, abbas, consenciens subscripsi.
Ego Witta, abbas, consenciens subscripsi.
Signum manus Beoban.
Signum manus Eanberht.
Signum manus Ceonberht.
Signum manus Coen.
Signum manus Ædilfridi.
Signum manus Eascwaldi.
Signum manus Dudue.
Signum manus Ticcean.
Signum manus Bealdhun.

Cap. XXII.

Epistola beati Aldhelmi præsulis, de libertate propriæ electionis, omnibus congregationibus concessis, sub ejus regimine constitutis.

f. 124 *b*. Liberty of electing their abbot.

Nichil in hoc seculo prolixa felicitate fruitur, nichil diuturna damnatione potitur, nichil quod non ad fatalem vitæ terminum veloci cursu tendere videatur; et ideo sic nobis mundanarum rerum patrimoniæ sunt perfruendæ, ut tamen æternæ patriæ emolumentis nunquam fraudaremur. Hinc est enim quod ego Aldhelmus, postquam me immeritum, nullisque prædignis moribus comprobatum, in pontificatus officii sedem divina gratia subtronizasset, proposui archano mentis meæ affectu, ut monasteriis meis Maeldumesburgh, Froin, Bradanford, quibus jamdudum in abbatatus gradu constitutus, suffragante Domino, regulariter præfui, religiosum abbatem, quem sibi spontanea familiarum mearum optio consona voce elegissent, canonica ratione atque regulari sanctione constituissem, hiis voluntariis propositionibus meis pia monachorum meorum restitit pertinacitas. Et cum hoc sedulo sepiusque in conventu fratrum meorum fiducialiter narrassem, nullus hiis votis meis placidissimum præbebat assensum, dicentes: Quamdiu vitali vegetaris spiritu, nobiscumque præsentis vitæ stadio deputaris, tuæ semper dominationis jugo humillima colla subdere non dedignamur, sed hoc supplici prece communique rogatu deprecamur, quod sub sacra scripturarum testificatione et favorabilium virorum claro consensu corrobores, ut nullus post obitum tuum, nec regalis audacitas, nec pontificalis auctoritas, vel aliquis ecclesiasticæ seu secularis dignitatis vir, sine nostro voluntatis arbitrio, in nobis sibi vendicet principatum. Huic debitæ monachorum meorum maxime famulorum Dei petitioni libentissime consensi; et in monasterio quod juxta fluvium, qui dicitur Wymburnia,

situm est, cui venerandi regis nostri germana Cuthburg præsidet, cum optabili famosissimi regis Yni consensu et reverentissimi fratris et coepiscopi mei Danielis, præsentatæ promissionis devoto nutu decentissimam vernarum Domini postulationem sacræ crucis signaculo confirmavi. Itidem idem venerandus rex et prænominatus pontifex pari devotionis manu subscripserunt. Nec multo post, in sacrosancto consilio quod juxta fluvium, qui dicitur Noodr congregatum esse dinoscitur, idem omnium Saxonicæ gentis archimandritarum, cum regalis potentatus ascensu et pontificali, prioratus nutu consensit auctoritas. Si quis vero contra hæc tam illustrium personarum decreta moliri machinetur, et sacra præsentis scedulæ scita prævaricari præsumpserit, sciat se ante terribilem divinæ majestatis thronum f. 125. cum prævaricatoribus præceptorum Domini lugubri dampnationis judicio perculsurum.[1] Scripta est hujus confirmationis cartula ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCV., indictione iii.

Signum manus Danielis episcopi.
Signum Yni regis.
Signum manus patricii Ethelfridi.

Cap. XXIII.

De Wdetun quam Cuderedus rex Aldhelmo præsuli cenobioque Meldunensi dapsili liberalitate largitus est.

Grant of Wotton.

Ego Cuthredus rex Gewisorum, cogente caritatis cathena Christi, et indivisibilis affectu dilectionis, Aldhelmo abbati familiæque sub illius regiminis amore degenti, cum consensu atque consciencia eximii præsulis, Danielis, optimatumque meorum ac dignitatum, ob recordationem scilicet orationum suarum et redemptionem animæ meæ, ut in plenitudien electorum Dei collocatus sim, terræ partem in inextricabilem posses-

[1] Sic.

sionem, in loco qui dicitur Wdetun, sub x. mansionum estimatione taxatam, sub contestatione Sanctæ Trinitatis, dapsili quidem liberalitate et hilariter ad Maldunense monasterium largitus sum. Spero autem felici, videlicet, mercatu, tradendo temporalia et quæ videntur, ea dumtaxat quæ non videntur atque indefecta parhennitate permansura me adepturum. Sit autem prædicta possessio ipsius monasterii usibus mancipata deinceps incessabili jugitate.

Si quis hujus largitionis meæ stipem tyrannica fretus insolentia, qualibet occasione, interrumpere atque in irritum deducere nisus fuerit, sit a consortio piorum ultimi ventilabro examinis sequestratus, rapaciumque collegio combinatus violentiæ suæ penas luat. Si quis vero benivola intentione potius præditus hoc donativum ampliare voluerit, videat ovans bona Domini cum angelorum agminibus. Exemplar hujus largitionis promulgatum est anno ab Incarnatione Christi DCCXLV. in prædicto cenobio, sub præsentia Cuthredi regis, quod propriæ manus munificentia, votiva vero devotione, altario sacro commendavit.

Et hoc actum est hiis optimatibus et dignitatibus consentientibus, quorum inferius nomina propriis indita sunt subscriptionibus.

Ego Daniel, Dei plebis famulus et speculator, subscripsi hanc donationem, et confirmative ratum fieri faxi.

Ego Cuthred nomine regis fungens hoc donativum propriæ manus subscripsi.

Signum manus Cumman.
Signum manus Æthelheardi.
Signum manus Ældhunes.

CAP. XXIIII.

De possessione Meardene et Reodburne ubi duo latices junguntur quam Kynewlf rex Meldunensi cenobio largitus est. f. 125 *b.*

In Christi nomine. Ego Kynewlf rex, cum consensu principum meorum supra nominatim designatorum, aliquam terræ portionem xxx. manentium habentem, familiæ Christi in Maldubiensi monasterio constitutæ, pro remedio animæ meæ, perpetualiter possidendam donavi. Hæc est ubi se duo latices junguntur Mearcdaeno et Reodburna, et in circuitu eorum, quemadmodum ipsi incolæ bene nosce dinoscuntur terminos et limites locorum illorum, necnon et villam, cui subjacent pascua, prata, arida, irrigua simul et silvestria loca. Et hæc acta sunt anno ab Incarnatione Christi DCCLVIII. indictione xi.

Grant of Morden and Rodborne.

Signum manus Kynewlfi, regis.

Hoc signum ego Kyneheardus, episcopus, jussus a rege supranominato, inscripsi et subscripsi.

Signum manus Herewardi, episcopi.

Signum manus Eoppan.

Signum manus Æthfrithes.

Signum manus Herecan, abbatis.

Signum manus Beornes, abbatis.

CAP. XXV.

De Puritun quam Egiferde rex Meldunensi cenobio dedit.

In nomine Domini. Itaque ut apostolicum testatur oraculum nichil intulimus in hunc mundum nec auferre quid possumus, iccirco terrenis æterna mercanda sunt. Quapropter ego Egcferth rex Merciorum, anno primo regni nostri a Deo concessi, rogatus a Beorhtrice rege occidentalium Saxonum et Æthelwardo archiepiscopo, terram xxxv. manentium, in loco qui vocatur *Aet Pier-*

Grant of Purton.

ȝ*ean*, ab orientali parte silvæ quæ appellatur Braden, reddidi abbati Cuthbeorhto et fratribus monasterii Maldubiensis, pro indulgentia piaculorum meorum, et pro requie animæ patris mei Offan, quam ille vivens abstulit ab eis. Ea scilicet ratione concedo terram supradictam ut secularibus regum serviciis libera sit ad serviendum necessitatibus fratrum Deo serviencium in prædicto monasterio; ut memoria nostra, in illo loco sancto, in sanctis orationibus apud eos maneat inperpetuum, sed etiam abbas et fratres ejusdem monasterii in comparatione terræ illius dederunt mihi duo milia solidorum argenti puri. Et hoc feci cum consilio episcoporum ac principum meorum quorum nomina subter ascripta sunt.

Et hoc actum est anno ab Incarnatione Christi DCCXCVI., indictione iv. Augentem hanc meam elemosinam Deus conservet et benedicat, minuentem ac frangentem, quod non optamus, nomen ejus eradicetur de terra viventium, et a societate sanctorum privetur, nisi digne emendaverit.

f. 126. Ego Egeferth, rex Merciorum, hanc meam donationem signo Sanctæ Crucis confirmavi.

Ego Beorhtrich, rex Occidentalium Saxonum, consensi et subscripsi.

Ego Eadburg, regina, consensi et subscripsi.

Ego Aethelheard, archiepiscopus, consensi et subscripsi.

Ego Kynebeorth, episcopus, consensi et subscripsi.

Ego Deneferth, episcopus, consensi et subscripsi.

Signum manus Hadeoredi, episcopi.

Signum manus Eadulf, electi ad episcopum.

Signum manus Brordan, præfecti.

Signum manus Æthelmundi, præfecti.

Signum manus Esne.

Signum manus Ceolmundi.

Signum manus Lulling.

Signum manus Wygferderi.

Cap. XXVI.

Quomodo Æthelwlfus rex decimavit terram suam Deo et sanctæ ecclesiæ suæ, et quota parte hujus decimæ Meldunensem ecclesiam ditaverit.

Grant of tithes by Ethelwulf.

Regnante Domino nostro imperpetuum. Dum in nostris temporibus bellorum incendia, et direptiones opum nostrarum, necnon et vastantium crudellissimas depredationes hostium barbarorum paganarumque gentium multiplici tribulatione affligentium usque ad internicionem, temporum cernimus incumbere periculosa: Quamobrem ego Ethelwlfus, rex Occidentalium Saxonum, cum consilio episcoporum ac principum meorum, consilium salubre atque uniforme remedium affirmavi, ut aliquam portionem terrarum hereditariam, antea possidentibus, gradibus omnibus, sive famulis et famulabus Dei Deo servientibus, sive laicis, semper decimam mansionem, ubi minimum sit, tamen decimam partem [omnium bonorum] in libertatem perpetuam perdonare dijudicavi, ut sit tutus atque munitus ab omnibus secularibus servitutibus, fiscis regalibus, tributis majoribus et minoribus, sive taxationibus, quod nos dicimus *Uintereden.* Sitque liber omnium rerum, pro remissione animarum et peccatorum nostrorum, Deo soli ad serviendum, sine expeditione, et pontis instructione, et arcis munitione, ut eo diligencius pro nobis ad Deum pre ces sine cessatione fundant, quo eorum servitutem secularem in aliqua parte levigamus. Placuit autem tunc postea episcopis Alhstano Shcireburnensis ecclesiæ, et Helmstano Wyntanceastrensis ecclesiæ, cum suis abbatibus et servis Dei, consilium inire, ut omnes fratres et sorores nostri ad unamquamque ecclesiam omni ebdomada, Mercoris die, hoc est *Wodanesdaȝ*, omnis congregatio cantaret quinquaginta psalmos, et unusquisque presbiter duas missas, unam pro rege Æthelwlfo et aliam pro ducibus ejus, huic dono consentientibus, pro

mercede et refrigerio delictorum suorum; pro rege vivente, *Deus qui justificas;* pro ducibus viventibus, f. 126 *b.* *Prætende Domine.* Postquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto singulariter, pro principibus defunctis communiter. Et hoc sit tam firmiter constitutum omnibus diebus Christianitatis, quia libertas constituta est quamdiu fides crescit in gente Anglorum; et hoc sub testimonio satrapum nostrorum plurimorum ad confirmationem, quorum nomina subter annexa notantur. Scripta est autem hæc donationis cartula anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLIIII., indictione vii., die quoque Nonarum Novembris, in civitate Wentana, in ecclesia Sancti Petri, ante altare capitale. Et hoc fecerunt pro honore Sancti Michaelis archangeli, et Sanctæ Mariæ reginæ gloriosæ Dei genitricis, simulque et beati Petri apostolorum principis, necnon et sancti patris nostri Gregorii papæ, atque omnium sanctorum. Et tunc pro ampliori firmitate rex Aethelwlfus posuit cartulam supra altare Sancti Petri, et episcopi pro fide Dei acceperunt, et postea per omnes ecclesias transmiserunt, in suis parochiis, secundum quod prædictum est. Terra autem ista quam in libertatem ponamus ad Meldumes-Nota bene. burȝ ecclesiam pertinet, "*þat is at Ellendune þrittiȝ* " *hyde, and at Elmhamstede fiftene hyde, and Wttune* " *tien hyde, and Choerletune twentiȝ hyde, and Mintyȝ* " *vyf hyde, at Rodburne tien hyde.*"

Et qui hoc augere voluerit augeat Deus bona illius in regione viventium. Si quis autem diabolica fraude deceptus, in magnis aut in modicis hoc infringere vel minuere temptaverit, sit anathematizatus ab omnibus fidelibus hic et in futuro seculo, nisi antea per satisfactionem emendaverit.

Ego Æthelwlf, rex, consensi et subscripsi.

Elmstan, episcopus, subscripsi.

Alstan, episcopus, subscripsi.

Aethelwlf, dux, subscripsi.

Osrich, dux, subscripsi.

Eanwlf, dux, subscripsi.
Aetherich, dux, subscripsi.
Canwlf, dux, subscripsi.
Cearl, dux, subscripsi.
Aethelmund, abbas, subscripsi.
Wlflaf, abbas, subscripsi.
Beorhtelm, abbas, subscripsi.
Aegheard, minister.
Milred, minister.
Osmund.
Aella.
Kyneheah.
Wlfhere.
Alhstan.
Ceolmund.
Wichtgar.
Kyneheah.
Dudda.
Aethelred.
Cealmund.
Eadred.
Aethelbald.
Lulling.

Cap. XXVII.

Carta[1] *regis Æthelwlfi de Dometesiȝ quam Meldunensi cenobio dedit æterna hereditate.*

Regnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo, cum cujus imperio hic labentis seculi prosperitas in adversis successibus sedulo permixta et conturbata cernitur, et omnia visibilia atque desiderabilia ornamenta hujus mundi cotidie ab ipsis amatoribus transeunt, ideo beati quique ac sapientes cum hiis fugitivis seculi divitiis æterna et jugiter permansura gaudia celestis

Grant of Dauntsey.

f. 127.

[1] Karta MS.

patriæ adipisci properant. Quamobrem ego Æthelwlf, Occidentalium Saxonum rex, cum consensu episcoporum ac principum meorum, etiam pro remedio animæ meæ et pro expiatione facinorum meorum, aliquam partem terræ juris mei, hoc est, x. mansiones, venerabili Maldubiensi familiæ, Sancto Petro vernanti, imperpetuum possessionem illi ecclesiæ largitus sum, in loco qui dicitur Dometesiꝫ. Et qui hanc meam donationem amplificare voluerit, amplificet Deus illi vitam æternam. Et qui minuerit, imperpetuum dampnetur. Anno Domini hii sunt DCCCL. hujus operis.

Et ego Æthelwlf, rex, hanc meam donationem signo sanctæ crucis confirmavi et coroboravi.

Ego Ceolnodus, archiepiscopus, consensi et subscripsi.

Ego Ælstanus, episcopus, subscripsi.

[1]. . . uddan, princeps.

Wllaf, abbas.

Adhelbas, dux.

Eanulf, dux.

Ealkine, dux.

Aelstan, minister.

Cap. XXVIII.

Item ejusdem de Tockeham.

Grant of Tockenham.

Regnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo. Ego Æthelwlf rex partem terræ Gewisorum, hoc est v. mansiones, donavi Deo et Sancto Petro et familiæ Maldubiensi, in loco qui dicitur Tockenham; eotenus ut ipsi jugiter orent pro nobis Deum omnipotentem, quatinus prospera tempora nobis largiatur, ad conservandam fidem nostram et regni nostri gubernacula, per omnia tempora, gentis Anglorum. Et nemo audeat hoc

[1] Blank in MS., leg. Tuddan.

donum mutare ab ipso monasterio sine ira et vindicta omnipotentis Dei. Et hoc donum factum est anno ab Incarnationis Domini DCCCLIIII., Indictione iii.

Isti sunt testes—
Aeþelwlf, rex.
Þerfærþ, abbas.
Aelstan, episcopus.
Esne, minister.
Swithun, episcopus.
Aethelred, filius regis.
Aethelbold dux.
Aelred, filius regis.
Eawlf, dux.
Cyneah, minister.
Siȝerich, dux.
Cuthwlf, minister.
Atheberht, dux.
Ecȝeard, minister.
Wlfhere, dux.
Osmund, minister.
Lullede, dux.
Milred, minister.
Wlflaf, abbas.
Lulling, minister.

CAP. XXIX.

De secunda decimatione ejusdem regis et quota iterum parte Meldunense cenobium ditaverit.

Regnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo, summo et ineffabili rerum creatori omnium, tempora qui sua multimoda disponens temporibus potentia, ut voluerit finem imponet, et in hac vita degentibus cunctis certum ut proposuerat dierum terminum constituet; idcirco cunctis agendum, ut hic bonis actibus futuræ beatitudinis felicitatem perpetualiter adipisci mereantur.

Second grant of tithes.

f. 127 *b*.

Quapropter ego Æthelwlf, gratia Dei Occidentalium Saxonum rex, in sancta ac celeberrima Paschali solempnitate, pro meæ remedio animæ et regni prosperitate, et populi ab omnipotenti Deo mihi collati salute, consilium salubre, cum episcopis, comitibus, cunctisque optimatibus meis, ego humiliter pro amore Dei perfeci, ut decimam partem terrarum, per regnum nostrum, non solum sanctis ecclesiis dare, verum etiam et ministris nostris in eodem constitutis, imperpetuam libertatem habere concessimus; ita ut talis donatio fixa incommutabilisque permaneat, ab omni regali servicio et omnium secularium absoluta servitute. Placuit autem Alstano, Shiraburnensis ecclesiæ episcopo, et Swithuno, episcopo Wyntancestrensis ecclesiæ, cum omnibus Deo servientibus, ut in unaquaque ebdomada, die Sabbati, unanimis congregatio famulorum famularumque Dei quinquaginta psalmos cantet, et unusquisque presbiter duas missas, unam pro Æthelwlfo rege, et aliam pro episcopis et ducibus ejus: Pro rege vivente, *Deus qui justificas impium;* pro episcopis et ducibus viventibus, *Prætende Domine.* Postquam autem defuncti fuerint, pro rege defuncto specialiter, pro episcopis et principibus defunctis communiter, hanc consentientibus donationem ut tam roborata perserveret, quamdiu fides et Christiana religio in Anglorum gente inconcussa pervigeat. Hoc autem in honorem Domini nostri Jesu Christi fecimus, et beatæ ac semper Virginis Mariæ et omnium sanctorum, et Paschalis festi reverentia, ut Deus omnipotens et nobis et nostris posteris misericordiam ejus adferret; et hoc sub testimonio satrapum nostrorum populorum ad confirmationem quorum nomina subter annexa notantur. Scripta est autem hæc cartula anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLIIII., Indictione prima, die vero Paschali, in palatio nostro qui dicitur Wyltun.

Terra autem ista quam in libertate ponamus ad ecclesiam pertinentem: "*At Maldumbesburȝ, þis is þat erest*
"*at Peritune, fif and þritti hyde; at Lacoc, fiftiene*

" *hyde; at Suttune, fif; at Corsburne, fif hyde; at* " *Cruddewelle, tien hyde; at Kemele, tien hyde; at* " *Domettesiȝe, þridhalf hywishe.*" Qui autem augere voluerit nostræ donationem satisfactionis, augeat omnipotens Deus dies ejus prosperos. Si vero quis minuere vel immutare præsumpserit, noverit se ante tribunal Christi redditurum rationem, nisi prius satisfactionem emendaverit.

Aeþelwlf, rex. f. 128.
Aelstan, episcopus.
Swithun, episcopus.
Athelbold, dux.
Eanwlf, dux.
Osrich, dux.
Wlfhere, dux.
Aethelbert, dux.
Eanwlf, dux.
Lullede, dux.
Wlfluf, abbas.
Vnerfd, abbas.
Cyne, minister.
Cynewlf, minister.
Aeþelred, minister.
Cuþwlf, minister.
Niþmund, minister.
Ecȝheard, minister.
Osmund, minister.
Milred, minister.
Ecȝwlf, minister.
Lulling, minister.
Wlfred, minister.
Aelstan, minister.
Kyma, minister.
Aldred, minister.
Eanmund, minister.

Cap. XXX.

De Minti quam Æthelwlfus rex Meldunensi ecclesiæ largitus est.

Grant of Minty.

Regnante ac gubernante nos imperpetuum Domino Deo salvatore nostro Jesu Christo, qui cuncta secula salvavit, et humanum genus suo sanguine in se credentium cunctum redemit, atque ab æterno interitu diabolicæ dominationis per fidem rectam et baptismatis sacramentum liberavit. Quapropter ego Æthelwlfus, mei non meriti sed Dei gratia largiente rex Occidentalium Saxonum, necnon eodem Deo donante Cantuariorum, et omni australi Anglorum populi, Dei arridente gratia, prælatus regimine, aliquantulam terram, id est v. mansiunculas, in loco qui dictur Mintiȝ, Deo omnipotenti ad monasterium Maldubiense, imperpetuam possessionem, humillime largitus sum; hoc tenore ut imperpetuum dampnetur qui hanc terram ab ipsa ecclesia auferre conetur. Et hoc actum est anno DCCCLXXX. Dominicæ Incarnationis.

Hæc sunt nomina testium hujus doni.

Ego Æthelwlfus, rex, signo crucis hoc donum meum confirmavi Domino Deo meo.

Ego Ceolnad', archiepiscopus, consensi et subscripsi.
Ego Æthelstan, rex Cant., consensi et subscripsi.
Ego Eaþun, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Wallad, dux, consensi et subscripsi.
Ego Eanwlf, dux, consensi et subscripsi.
Ego Wlwahrd, dux, consensi et subscripsi.
Ego Æthelwlf, dux, consensi et subscripsi.
Ego Hereberht, dux, consensi et subscripsi.
Ego Ealstan, dux, consensi et subscripsi.

Cap. XXXI.

De Chellewrþ quam Ordlaf Meldunensi cenobio largitus est licentia gloriosissimi regis Edwardi, pro commutatione terræ de Mehhandun.

Ego Ordlaf, aliquantulum terræ mei proprii juris, quam a Dudiȝ viro venerabili, cum licentia domini mei Eadwardi, gloriosissimi regis, cum satis placabili pecunia comparavi, familiæ sancti Salvatoris degenti in loco antiquo vocabulo *Malduberi* nuncupato, qui locus jam nostra lingua Maldumesburȝ appellatur, id est, quatuor manencium, ubi ruricolæ Choellewrþe vocitant, in æternam hereditatem largiens concedo, pro commutatione alterius terræ, id est, v. manencium, in loco qui dicitur Mehhandun. Sunt autem prædictæ terræ ab omnibus secularibus negotiis liberæ, præter expeditionem, et pontis arcisve instructionem. Consentientibus huic cartulæ perpetua maneat pax. Insuper hiis contradicentibus autem væ, et pars cum inferis, nisi in præsenti cum satisfactione emendent. Acta est autem hæc scriptio hujus cartulæ anno Dominicæ Incarnationis DCCCCI. Istis consentientibus testibus quorum hic nomina subtus notantur.

Exchange for Chelworth.

f. 128 b.

Eadwardus, rex.
Wlfsiȝe, episcopus.
Oslaf.
Aelfrich, minister.
Uffa, minister.
Wlfrich, minister.
Wærulf, minister.
Aþelward, minister.
Aþelhelm, minister.
Wihtbrond, minister.
Wlfhun, minister.
Burȝstan.
Kynstan.

Burhelm, presbiter.
Wlfrich, presbiter.
Wlhelm, clericus.
Aeþered.
Wlfred.
Kynewen.
Aenstan.
Tata.
Aestan.
Kynemund.
Beornstan.
Burȝstan.
Aestan.
Eanþulf.
Wlfhelm.
Cyneferd.
Hehulf.
Abunel.
Eanulf.
Aelphech.
Burȝstan.
Aelphech.
Wlfred.
Beornstan.

Cap. XXXII.

Quomodo Ælfredus rex, consensu monachorum Meldunensium cuidam ministro suo terram de Choellewrþe donavit, post dies suos iterum eidem ecclesiæ restituendam.

Of the same.

In nomine Domini. Ego Aelfredus, gratia Dei Angol-Saxonum rex, una cum consensu venerabilis familiæ Malduberiensis ecclesiæ, concedens dono meo fideli ministro, nomine Dudiȝ, aliquantulum terræ, id est, iiii^or^. cassatorum ad eandem supradictam terram, dono ut habeat atque possideat dies suos, et post se tribus heredibus

quibuscumque voluerit dimittat. Finitis autem diebus trium heredum, prædicta terra ad ecclesiam Sancti Salvatoris in Malduberi, absque omni contradictione, in servicium pristinum redeat. Est etenim antememorata terra libera ab omnibus secularibus negotiis, præter expeditionem, et pontis arcisve instructionem. Acta est autem hæc scriptio hujus cartulæ, istis consentientibus testibus quorum nomina subtus notantur, in loco qui dicitur Maelduberi, nostro autem vocabulo Maeldunesburȝ.

Ego Ælfred, rex.
Wlfricȝ, episcopus.
Aeþelhelm, dux.
Aeþelnod, dux.
Elfhere.
Deormod.
Beorhthelm.
Ceoluf.
Aþelwald, filii regis.
Edward, filii regis.
Beorhnard. f. 129.
Wlfrich.
Werulf.
Ecȝulf.

Cap. XXXIII.

Quomodo Eadwardus rex Ordlavo comiti consenserit commutare terram de Choellewrþe pro terra Mehhandun; eo tenore, ut post finem quatuor heredum suorum utræque villæ Maeldunensi cenobio libere restituantur.

Eadwardo Angol-Saxonum gloriosissimo regi consentienti, necnon et ejus optimatibus, qui ei in præsentia tunc aderant, quorum hic nomina subtus notantur, familia Deo famulancium ecclesiæ sanctæ Salvatoris, quæ sitam loco antiquo vocabulo nuncupato Maildeberi, Of the same.

opere cymetario pulcherime composita cernitur, venerabili comiti Ordlafo aliquantulum terræ, id est, v. manencium, suæ propriæ possessionis, in loco qui dicitur Mehhandun, largiens concedit, pro commutatione alterius terræ, id est iiii^{or}. manencium in loco ubi ruricolæ Choellewrþe vocitant. Finitis autem diebus iiii^{or}. heredum prædicta terra in Mehhandun fratribus supra memoratis absque omni contradictione reddatur in servicium pristinum, necnon et dominus vel gubernator supradictæ ecclesiæ illas iiii^{or}. manentes in Choellewrþe sibi in usum pristinum suscipiat.

XXXIIII.

Quomodo Æthelstanus rex dedit sanctæ Meldunensi ecclesiæ Nortun et Sumerford Æyelin.

Grant of Norton and Somerford.

In nomine Dei summi et altissimi. Certis adstipulationibus nos sancti et justi patres frequentativis orationibus admonent, ut Deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione cum bonorum operum diligentia incessantur timeamus et amemus, qui retributionem omnium actuum nostrorum, in die examinationis, juxta uniuscujusque meritum reddet. Ideoque subtilissima mentis certatione illum imitari satagamus, licet mortalis vitæ pondere pressi et labentibus hujus seculi possessionibus simus infecati, tamen miserationis ejus largitate, caducis opibus æterna celestis vitæ premia mercari queramus. Quapropter ego Æthelstanus, desiderio [regni] celestis exardens, favente superno numine basileos Anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistentium, literarum apicibus commendare procreavi,[1] ne aut incuria successorum nostrorum, aut invidia quadam vel perfidia, nostra dicta vel facta futuri successu temporis negarentur, et ad controversiam nostris successoribus demum devenire potuerint, quod cum consensu ac licentia episcoporum meorum ac multorum

[1] Sic, *procuravi?*

optimatum, Deo omnipotenti et Sancto Petro Apostolo ac venerabili familiæ, quæ sita est in loco celebri ubi ruricolæ appellativa relatione nuncupant Maldumesburȝ, devota mente intus ad ecclesiam donans dona- f. 129 *b.*
bo perpetuis temporibus xv. mansas; v. in loco qui dicitur Northun, et in alio loco v. qui dicitur Sumerford, et in tertio loco v. qui dicitur, *at Æyiline,* Et mandatum commendamus in nomine altithroni gubernatoris, ut nullus superveniat hominum inflatus gressibus superbiæ, nec rex, nec episcopus, nec princeps, nec præpositus, nec alicujus personæ habitus, qui hanc præfatam libertatem in alicujus oneris molestia mutare audeat, aut in diebus nostris vel successorum nostrorum. Sed sit libera ad omni mundiali jugo, exceptis istis, expeditione, pontis arcisve renovatione; cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, campis, pratis, paschuis, silvis; eatenus ut pro meis delictis fratrisque mei Eadwardi regis, cotidie missas pro nobis saluberrimas Deo offerantes, et dulcissonas modulationes psalteriorum, armis spiritualibus contra invisibiles hostes pro nobis dimicare non cessent. Si quis autem præscriptis statutis noluerit consentire aut obedire, sciat se alienum esse consortio sanctæ Dei ecclesiæ, et a corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi, per auctoritatem beati Petri apostoli sociorumque ejus, nisi prius hic digna emendavit pœnitentia ante mortem. Sciantque sapientes regionis nostræ nos has præfatas terras non injuste rapuisse, rapinamque Deo dedisse, sed sciatis accipi quemadmodum judicaverunt omnes optimates regionis Anglorum, insuper et apostolicus Papa Romanæ ecclesiæ Johannes, Ælfredo defuncto, qui nostræ felicitati et vitæ emulus extitit, nequitiæ inimicorum nostrorum consenciens, quando me voluerunt, patre meo defuncto, cecare in civitate Wyntonia, si non me Deus sua pietate eripuisset. Sed denudatis eorum machinamentis remissus est Ælfred ad Romanam ecclesiam, ut ibi se coram Apostolico Johanne jurejurando defenderet.

Et hæc fecit coram altare Sancti Petri, sed facto juramento cecidit coram altare, et a manibus suorum famulorum portatus est ad scholam Anglorum, et ibi tertia nocte finivit. Et tunc apostolicus ad nos remisit et quid de eo ageretur a nobis consuluit, an cum ceteris Christianis corpus illius poneretur. Hiis peractis et nobis renunciatis, optimates nostræ regionis, cum propinquorum illius turma efflagitabant omni humilitate ut corpus illius, per nostram licentiam, cum corporibus poneretur Christianorum, nobisque illorum efflagitationi consententibus Romam remisimus, et consentente papa positus est ad ceteros Christianos, quamvis indignus esset. Et sic judicata est mihi tota possessio ejus, in magnis et modicis. Sed et hæc apicibus litterarum præ-
f. 130. notavimus, ne quamdiu Christianitas regnet aboletur, unde mihi præfata possessio, quam Deo et Sancto Petro dedi, donaretur; nec justius novi quam Deo et Sancto Petro hanc possessionem darem, qui emulum meum in conspectu omnium cadere fecerunt et mihi sanitatem et regni prosperitatem largiti sunt.

Hiis testibus consencientibus, quorum inferius nomina recitantur, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXI. acta est hæc præfata libertas.

Ego Æthelstan, rex totius Britanniæ, præfatam donationem sigillo sanctæ crucis confirmavi.

Ego Eadmundus, ejusdem regis frater, consignavi.

Ego Eadred, ejusdem regis frater, consignavi.

Ego Wlfhelm, Dorobernensis ecclesiæ episcopus, ejusdem regis donationem cum thropheo agyæ crucis confirmavi.

Ego Þeodred, Londoniensis episcopus ecclesiæ, consignavi.

Ego Ælfeaʒh, Wyntanensis ecclesiæ episcopus, triumphalem tropheum agyæ crucis impressi.

Ego Cenwald, episcopus, consensi et subscripsi.

Ego Oda, episcopus, confirmavi.

Ego Ælfrich, episcopus, consensi.

Ego Wlfhelm, episcopus, confirmavi.
Ego Burhric, episcopus, consensi.
Ego Æthelgar, episcopus, roboravi.
Wlgar, dux.
Aelfere, dux.
Aethelwold, dux.
Aethelstan, dux.
Eadmund, minister.
Elfrich, minister.
Wlfriȝe, minister.
Wllaf, minister.
Eahhelm, dux.
Aeþelmund, dux.
Uȝtred, dux.
Odda, minister.
Wlgar, minister.
Ordeahȝ, minister.
Eadriȝ, minister.
Wythgar, minister.
Aelfred, minister.
Wlfrich, minister.
Aelfsiȝe, minister.
Aelfsiȝe, minister (*sic*).
Aeþered, minister.
Wlfhelm, minister.

Cap. XXXV.

De Broemel quam Æthelstanus rex dedit sanctæ Meldunensi ecclesiæ.

Fortuna fallentis seculi procax, non lacteo inmarcessibilium liliorum candore amabilis, sed fellita ejulandæ corruptionis amaritudine odibilis, fetentis filios valle in lacrimarum carnis rictibus debachando venenose mordaciter dilacerat. Quæ quamvis arridendo sit infelicibus attrectabilis, Acherontici tamen ad yma Cociti, ni satus alti subveniat boantis, impudenter est decursibus; et ideo quia ipsa ruinosa deficiendo canaliter Grant of Bremhill.

dilatabitur, sumopere festinandum est ad amena indicibilis letitiæ arva, ubi angelica ymnidicæ jubilationis organa, mellifluaque vernantium rosarum odoramina, a bonis beatisque naribus inestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce auribus clivipparum suavia audiuntur; cujus amore felicitatis illectus,[1] fastidiunt jam
f. 130 *b*. infima, dulcescunt superna, eisque pro percipiendis semperque specie concupiscibili fruendis: Ego Æthelstanus, rex Anglorum per omnipotentis dexteram totius Britanniæ regni solio sublimatus, quandam telluris particulam venerabili familiæ Maldubiensi pro animabus patruelium meorum, Æthelwardi clitonis, videlicet, Ælfwinis et Æthelwinis, sub estimatione LX^{a}. cassatorum, in loco qui dicitur Broemel, servienti familiæ Deo et Sancto Petro imperpetuum jus largitus sum, hoc præcipiens in nomine Domini ut nostrorum nemo successorum, hoc nostrum donum, quam diu Christianitas vigeat, vel minime irrumpere temptet. Quod si quisquam temptaverit a Deo imperpetuum dampnandum sciat. Hujus namque a Deo Dominoque Jesu Christo innuente atque inspirante voluntatis scedula, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVII. regni vero gratis mihi commissi xi., indictione viii., epacta xiiii., concurrente iii., xii. Kl. Januariæ, luna vertentis mensis x., in civitate celeberrima, quæ Dornaceaster appellatur, tota optimatum generalitate sub alis regiæ dapsilitatis ovanti, perscripta est. Cujus etiam inconcusse firmitatis auctoritate hiis testibus roborata constat, quorum nomina subtus minulis depicta annotantur.

Ego Æthelstanus, ierarchia florentis Albionis prædictus rex, cum signo sanctæ semperque venerandæ crucis coroboravi hunc indiculum et subscripsi.

Ego Wlfhelmus, Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus, consensi et subscripsi.

Ego Wlfstanus, Eboracensis ecclesiæ archiepiscopus, consensi et subscripsi.

---

[1] Sic.

Ego Eugenius, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Howel, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Morcant, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Juthua, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Ælfwine, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Cenwald, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Wlfhelin, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Oda, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Æthelgar, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Ælfred, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Cunan, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Þeordred, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Wlfhelm, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Burȝrich, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Wnsiȝe, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Tidhelin, episcopus, censensi et subscripsi.
Ego Kinsiȝe, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Sexhelin, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Alfwold, dux.
Ego Æthelstan, dux.
Ego Osuf, dux.
Ego Uhtred, dux.
Ego Urum, dux.
Ego Uhtred, dux (sic).
Ego Guþrum, dux.
Ego Scile, dux.

Cap. XXXVI.

De Wdetun quam idem rex dedit sanctæ Meldunensi ecclesiæ.

Fortuna fallentis seculi procax, inmarcessibilium liliorum candore amabilis, sed fellita ejulandæ[1] corruptionis amaritudine odibilis fetentis filios valle in lacrimarum carnis, rictibus debachando venenose mordaciter dilacerat; quæ quamvis arridendo sit infelicibus attract- f. 131. Grant of Wotton.

[1] evilandæ, MS.

abilis, Acherontici tamen ad yma Cocitio ni satus alti subveniat boantis, impudenter est decursibilis; et ideo quia ipsa ruinosa deficiendo canaliter. dilatabitur, summo opere festinandum est ad amena indicibilis letitiæ arva, ubi angelica ymnidicæ jubilationis organa, mellifluaque vernancium rosarum odoramina, a bonis beatisque naribus inestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce auribus clivipparum suavia audiuntur, cujus amore felicitatis illectus, fastidiunt jam infima, dulcescunt superna, eisque pro percipiendis semperque specie concupiscibili fruendis: Ego Æthelstanus, rex Anglorum, per omnipotentis dextram totius Britanniæ regni solio sublimatus, quandam telluris particulam venerabili familiæ Maldubiensi, pro animabus patruelium meorum, filiorum Æthelwardi clitonis, videlicet, Ælwynis et Æþelwynis, sub estimatione x. cassatorum, in loco qui dicitur Wdetun, servienti familiæ Deo et Sancto Petri imperpetuum jus largitus sum; hoc præcipiens in nomine Domini ut nostrorum nemo successorum hoc nostrum donum, quamdiu Christianitas vigeat, vel ex minimo irrumpere temptet; quod si quisquam temptaverit a Deo se imperpetuum dampnandum. Hujus namque a Deo Dominoque Jesu Christo innuente atque inspirante voluntatis scedula, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVII., regni vero gratis mihi commissi xi°., indictione viii., epacta xiiii., concurrente iii., xii. Kl. Januarias, luna vertentis mensis x., in civitate celeberrima Dorneacester appellata tota optimatum generalitate sub alis regiæ dapsilitatis ovanti, perscripta est.

Cujus etiam inconcussæ firmitatis auctoritas, hiis testibus roborata constat, quorum nomina subtus minulis depicta annotantur.

Ego Æthelstanus, ierarchia florentis Albionis prædictus rex, cum signo sanctæ semperque venerandæ crucis corroboravi hunc indiculum et subscripsi.

Ego Wlfhelmus, Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus, consensi et subscripsi.

Ego Wlfstanus, Eboracencis ecclesiæ archiepiscopus, consensi et subscripsi.
Ego Howel, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Eugenius, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Juthual, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Morcant, subregulus, consensi et subscripsi.
Ego Ælfwyne, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Cunan, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Wlfhelmi, episcopus, consensi et subscripsi.
Ego Aelfwold, dux, consensi et subscripsi. f. 131 *b.*
Ego Urm, dux, consensi et subscripsi.
Ego Uhtred, dux, consensi et subscripsi.
Ego Osulf, dux, consensi et subscripsi.

Cap. XXXVII.

De centum mansis in Brokeneberg3a, quas rex Eadwi dedit sancto Meldunensi ce nclio.

Grant of 100 tenements in Brokenbourgh.

Altus positor omnium ex nihilo rerum ante omne tempus angelos condidit, et informem materiam qua[m] Adam prothoplastus in Eden primo formatus apparuit; sed culpa inibi nata extimplo pulsus, in hac erumpnosa terra mortem minatam tulit, quæ adhuc in suis posteris cum labore et dolore usque ad calcem vitæ, proh! dolor inevitabilis heret; et quod pejus, eadem quoque culpa, quasi per debitum, ad operandum ex tunc naturaliter nequam omnes jure constrinxit. At ubi venit plenitudo temporis, cum nec levita nec sacerdos subvenire sufficerent, Samaritanus tandem semivivi, id est, generis humani, sua gratia dignatus est misereri. Nam Leviathan saltem adhuc Jordanen expectans omnes tunc ore aperto vorabat. Hoc igitur soli sapientiæ dediti et maxime religiosissimi viri sumopere intelligentes, amena paradisi perdita gemunt, suspiria trahunt, ululant, plangunt turpe miserumque vivere suum; at quemadmodum cervus desiderat ad fontes aquarum, ita

ambiunt corpore solvi, sua largiri festinant, invisibilia immo certa comparando; at contra stolidi, stulti,[1] aliena ambiunt, in inveniendo mille artés exercent, mentiuntur, perjurant, rapiunt, furantur. Quapropter ego Eadwi, largiflua Summitonantis rex Anglorum et totius Brittanniæ provinciarum providentia, templa divina redintegrare dispono; monasterio siquidem Maldumesbiriȝ nomine, in honore Aldhelmi paternique aliorumque sanctorum, quorum reliquiæ ibidem venerantur, centum mansas in Brokenbereȝȝa in hereditatem concedo perhennem. Primo, videlicet, anno regni mei, DCCCC., vero lvi. ab Incarnatione Dominica, indictione xiiii., optimatibus nostris adstipulantibus.

Ego Eadwi, nutu Dei omnipotentis rex totius Britanniæ, hoc donum adfirmo cum titulo Sanctæ Crucis.
Ego Oda, archiepiscopus, coroborando consigno.
Ego Eadgar indoles[1] annuo.
Ego Alfriȝe, episcopus, adquiesco.
Ego Osulf, episcopus, orno.
Ego Wlfriȝȝ, episcopus, adpono.
Ego Kinwold, episcopus, noto.
Ego Oscutel, episcopus, testor.
Ego Kinsiȝe, episcopus, faveo.
Ego Ælwolf, episcopus, consentio.
Ego Daniel, episcopus, subscribo.
Aeþelstan, dux.
Aeþelriȝe, dux.
f. 132. Eadmund, dux.
Aeþelstan, dux.
Aelfhelm, minister.
Aelfriȝe, minister.
Aeþelȝerd, minister.
Aelfȝine, minister.

Quisquis amodo hoc nostrum decretum conservare immo augere sponte desideraverit, multiplicentur dies

[1] Sic.

illius, et post obitum transire mereatur ad regna polorum. Sin autem, quod absit, et Deum et semetipsum obliviscendo, aliquis mutare voluerit, dies ejus non dimidiaverit, et gloriam Dei, cum choris angelorum nequaquam videat in terra viventium, sed suum auctorem diabolum sequatur in inferum; ibi est fletus et stridor dentium.

§

Hii subsequentes termini sunt de manerio de Brokeneberewe, quod rex Eadwi contulit ecclesiæ Malmesburiæ pro centum hydis sicut inferius ab Anglico in Latinum per metas Anglice subscriptas translatum est.

In primis ab orientali parte et australi ubi amnis, qui Corsbrock vocatur, cadit inter ripariam de Avene inter Somerford et Ennepol, ab eodem termino per eundem directe amnem de Corsbrock, usque ad metam fossati quæ Dich appellatur; ab eodem fossato citra Sterckle usque Beucumbe; ab eo usque Smalebrock; ab eo directe per Etherelmeresimere usque Cleygate; ab eo directe per stratam publicam usque Kingweie, et ab eo directe usque Hegforlong, a parte orientali; ab eo usque ad metam super Doddingesdone; ab eo usque ad Corsbrock; ab eodem amne directe usque Haywardeshame; ab eo usque ad viam, et per eandem directe viam usque Kingweye, et per eamdem viam usque ad metam quæ Dich, hoc est fossatum appellatur; ab eo usque Candelmere; ab eo usque Wolvingeslewe; ab eo directe usque ad pirum; ab eo ultra Pleiswithe usque Tolhulle, a parte occidentali usque Clive, et ab eo continue usque ad amnem, et per eundem amnem usque Streteforde ultra Totele; ab eo directe per stratam publicam, quæ ab antiquis Stret, nunc Fos nuncupatur, usque ad alteram Stretforde sub Bubbethorne ad aquam Yngleburne appellatam, et per eandem aquam directe

Boundary of the same.

usque ad Cyddemore; ab eo usque ad Merewlle; ab eo a parte orientali et australi usque ad Blakethorne; ab eo per capita jugerum directe usque Wolgeresymere, et ab eo a parte australi per metas usque Wivecrondel; ab eo usque Elfheyesputte; ab eo usque Lutleborne; ab eo a parte australi per stratam publicam de Fos, usque ad metas quæ sunt de terra dominica per capita jugerum usque Estmondestone; ab eo directe a parte boreali de Saltherpe usque la Slade; ab eo usque la Pulle a parte boreali usque ad Ellerne; ab eo usque
f. 132 *b*. Dichgerstone, et per eundem fossàtum, processu continuo, usque Cheggehemwllesbroke, et per eundem rivulum usque la Dene; ab eo usque ad stratam publicam, et per eandem processu continuo usque Kemeleȝage, et ab eo usque la Smaleweye et per eandem viam usque Cruddeseteneimere, directe per viam majorem, quæ extenditur usque ad fossatum a parte australi de Chelewrþe; ab eo per eundem fossatum usque Wodevorde, processu continuo usque ad medium prati de Medlege; ab eo usque in Stanlege; ab eo usque in Etingeheles ex parte australi; ab eo processu continuo usque Deigeteȝheie; ab eo usque Colesleye processu continuo usque Trindlege, et ab eo directe per sepem usque Bradeleye, et a Bradelegesheie in Graverugte a parte australi, et ab eo processu continuo per vallem usque Wikkedich, et ab eo per sulcus aratri in altum sulcantis usque Smaleweie, et per eandem viam usque Primwaldesputte, et ab eo usque ad Crudehamwlleslake, et per eundem rivum usque ad medium de Pohamlege, et ab eo usque la Sloge; ab eo usque la Dich, et per eundem fossatum continue usque Witherestubbe, ab eo usque Bradenebrocke, et per eundem amnem usque Etheresfledeimere processu continuo usque Witegete; ab eo usque Borelege; ab eo usque Stretpen; ab eo usque ad metam quæ Appelthorne nuncupatur; et ab eodem ligno pomifero per stratam publicam usque Wouborne, et per eandem aquam progressu continuo usque

Geresbourne, et per eundem amnem directo progressu usque Ordwoldeswode, quod modo Bradene appellatur; et per idem nemus ad tria circiter miliaria usque ad metam quæ Holehoke appellatur, et ab eo per metas usque Lindebourne, et ab eo usque Beckhamhamme ad usque Idoure, et per eandem continue aquam usque Limeshule, et ita per stratam usque Coveresgiet; ab eo usque Sondheie; ab eo usque ad metam de la Scete, quousque veniat usque Dich, et sic per eundem fossatum usque in alveum aquæ de Avene.

Infra memoratos terrarum terminos est terra, quæ data fuit ad monachos Malmesburiæ vestiendos, xxxii. hyd. continens, quæ ante tempus regis Edwi eisdem ad vestituram collata fuerat. Et hii sunt termini x. hid. pertinencium ad manerium de Brokeneburgʒe, quæ sunt de centum hidis supra nominatis: hoc est de Suttone in primis, alio meta, quæ Raheie vocatur, extenditur usque Cutelwlle, et ab eo usque Merebrok et per eundem rivum usque in Avene; ab eo directo per alveum aquæ processu continuo usque ad Segmed, a parte orientali usque Brodewulle.

Cap. XXXVIII.

De Hanekintone quam Eadwardus rex Meldunensi cenobio dedit.

In nomine Domini. Ego Eadwardus, Dei gratia Angol-Saxonum rex, deprecante venerabili familia Maldubiensis ecclesiæ, aliquantulum terræ meæ, id est, x. cassatorum dedi prædictæ familiæ, in loco qui dicitur Hanekyntone, pro commutatione alterius terræ ejusdem quantitatis ubi ruricolæ *Fearnbernʒas* appellant, in æternam hereditatem. Sunt autem prædictæ terræ ab omnibus secularibus negociis liberæ. Hanc autem commutationem deprecantibus fratribus pro eorum commoditate feci, quia terra, quam prædictis fratribus

f. 133.

Grant of Hankerton.

dedi, duobus tantum distat miliariis ab eorum monasterio, illa autem quam accepi distat a prædicto monasterio ferme xx. miliariis. Si quis autem, quod non optamus, regum seu principum, hanc libertatem infringere audaciter præsumpserit, in die districti examinis sit anathema maranata, nisi digne emendaverit quod impie agere præsumpserit. Scripta vero est hæc libertas, anno ab Incarnatione Domini DCCCI., indictione vii.

Eadward, rex.
Ealhswid', mater regis.
Elffled, conjunx regis.
Ocea, minister.
Uffa, minister.
Beorthlm, minister.
Aelfeah, minister.
Aethelward, minister.

Cap. XXXIX.

De Estcote quam Eadgarus rex dedit sanctæ Meldunensi ecclesiæ.

Grant of Eastcott.

Cum universitatem generalis massæ meta maneat, certa visibiliaque, ut apostolus inquit, temporalia, invisibilia vero perpetua, restat unusquisque ut hic peracta illic percipere[t] merita. Unde ego Edgarus, totius Albionis basileus, necnon maritimorum seu insulanorum regum circumhabitantium, adeo ut nullus progenitorum meorum subjectione, largiflua Dei gratia suppetente[1] sublimatus, quid imperii mei potissimum regi regum Domino darem, tanti memor honoris, sollercius sæpe tractavi. Piæ igitur fautrix devotionis pervigili meæ studiositati superna subito insinuavit pietas, quæque in regno meo sancta restaurare monasteria, quæ velut muscivis scindulis cariosisque tabulis tignotenus visibiliter diruta, sic, quod majus est, intus a sevicio

[1] suppecente, MS.

[Dei] ferme vacua fuerant neglecta. Idiotis nempe clericis ejectis, nullius regularis religionis disciplinæ subjectis, plurimis in locis sanctioris serici, scilicet monachici habitus præfeci pastores, ad ruinosa quæque templorum redintegranda opulentos fiscalium munerum eis exhibens sumptus; quorum unum nomine Ælfricum, virum in omnibus ecclesiasticum, famosissim, constitui custodem cenobii, quod Angli biphario vocitant onomate Maldumesburȝ; cui pro commoditate animulæ meæ, ob Salvatoris nostri ejusdemque theotocos semper Virginis Mariæ, necnon apostolorum Petri et Pauli, Aldhelmique almi præsulis honorem, particulam terræ, x. videlicet, manencium, vocabulo Eastcotum, cum pratis et silvis, munifica liberalitate, restitui. Hæc terra a prædictis semel accomodata clericis diu a plerisque, postremo a contentioso injuste possessa est Æþelvodo, sed supersticiosa subtilique ejus convectione a sapientibus meis audita, ac disceptatione illius mendosa ab eisdem, me præsente, convicta, monasteriali a me reddita est usui, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIIII., regni vero mei xiiii., regiæ consecrationis primo. Hanc vero restitutionis scedulam prædicti abbatis rogatu ob futuræ posteritatis memoriam tenacem caraxare præcepi, ne quamdiu Christiana fides viget in nostratibus, ab aliquo tyranici potestatus, præfatum rus ab illo sancto loco violenter, quod absit, aligenetur. Ab affinitate vero circum jacentium agellulorum hæc memorata terra giratur teritorio.

f. 133 *b*.

Idonei testes, regii doni astipulatores, sunt isti.

Ego Eadgar, rex, vexilliferi signo throphei proprium datum coroboravi.

Ego Dunstan, archipastor, salutiferi stigmate gabuli consensi et subscripsi.

Ego Oswald, antistes, vivifici signaculo triumphi idem adstipulavi.

Ego Æthelwold, præsul, taumatico crucis sigillo illud confirmavi.

Nos tres uniformi proprio Ælstani appellativo vocitamine episcopi consignavimus.

Ego Byrchthelm, geminique Æthelwoldi, episcopi, consensimus et subscripsimus.

Ego Ælfhere, dux, consensi et subscripsi.

Ego Aethelwyne, dux, consensi et subscripsi.

Ego Byrthnode, dux, consensi et subscripsi.

Ego Oslac, comes et præfectus, consensi et subscripsi.

Ego Wlfstan, præfectus, consensi et subscripsi.

Ego Æthelwerd, fraterque meus, Aelfwerd, ministri, consensimus et subscripsimus.

Ego Eadulf, consensi et subscripsi.

Cap. XL.

De Rodburna quam Aeþelredus rex dedit Meldunensi cenobio.

Grant of Rodborne.

Universis crebro sophiæ studio intente rimantibus liquido patescit, quod præsentis vitæ terminis variante diversæ calamitatis erumpnam stare jamque ingruere nimio terrore dinoscitur. Ego igitur Æthelredus, Christi opitulante gratia, totius Albionis basileus egregius, optimatum meorum monitu instructus, æterna caducis mercari cupiens, quandam ruris particulam, x. videlicet manencium quantitatem, loco celebri qui ab hujus patriæ peritis noto Reodburna nuncupatur onomate, Domino nostro Jesu Christo ejusque genitrici semperque virgini Mariæ, in veneratione beati præsulis Aldhelmi, qui locum ipsum qui Maldumesbyrȝ usitato nominatur
f. 134 *b*. vocabulo, ad usus monarchorum, sub Æthelwardi abbatis regimine inibi degencium, æterna largitus sum hereditate. Maneat igitur hoc nostrum donum inviolabile, omni terrenæ servitutis jugo liberum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis arcisve constructione. Si quis igitur hanc donationem nostram in aliud quam

constituimus transferre voluerit, privatus consortio sanctæ Dei ecclesiæ, æternis baratri incendiis lugubribus jugiter cum Juda proditore ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXII. Scripta est hæc carta, testibus consencientibus quorum nomina inferius caraxantur.

Ego Æthelred, rex, præfatam donationem concessi.

Ego Aeldrich, minister præfati regis, concessi.

Ego Dunstan, Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus, consignavi.

Ego Oswald, Eboracensis ecclesiæ archiepiscopus, concessi.

Ego Ælstan, episcopus, consolidavi.

Ego Æthelwold, episcopus, confirmavi.

Ego Æscwy, episcopus, adquievi.

Ego Aelfric, episcopus, corroboravi.

Ego Ælstan, episcopus, non renui.

Ego Æthelwerd, abbas.

Ego Ordbyrht, abbas.

Ego Syȝerich, abbas.

Ego Leofric, abbas.

Ego Godwyne, abbas.

Ego Ælfere, dux.

Ego Æthelwyne, dux.

Ego Byrhnod, dux.

Ego Aþelwerd, dux.

Ego Æþelmer, dux.

Ego Eadwyne, dux.

Elfric, minister.

Elfȝan, minister.

Ealfriȝe, minister.

Elward, minister.

Wlfriȝe, minister.

Ealfric, minister.

Byrhtwold, minister.

Aelhelm, minister.

Cap. XLI.

De Littletun quam rex Aþelred dedit Vuenodero ministro suo.

Grant of Littleton.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVI.

Ego Æthelred, divina favente gratia, rex Anglorum ceterarumque circumquaque gentium, ruris quandam particulam vulgariter *Lytletun* nominatam, quinque mansiunculas estimatam, liberam præter arcem, pontem, expeditionemque, Vuenodero ministro meo in jus perseverabile vitæ comite perfruendam, ultimoque exalato spiramine, cuicumque voluerit relinquendam, pro ejus satis placabili ministerio, libenter admodum concedo; cunctisque nostri generis unanimem consensum præbentibus hoc præcipiens, in Deique nomine efflagitans, ut nostrorum nemo successorum, Christiani vigente Luminis potestate, hoc nostrum decretum nostrorumque cunctorum satrapum audeat violare. Quod si quisque, quod non optamus, inire temptaverit, nisi prius in hoc seculo se digne castigaverit, in penis inferni æternis se talionem passurum
f. 134 *b*. agnoverit. Hujusce donationis constipulatorum nomina inferius caraxari videntur, atque ne frivola deceptione violenter apicum serie roborantur.

Ego Aþelred, gratia Dei totius Britanniæ telluris rex, meum donum proprio sigillo confirmavi.

Ego Dunstan, archiepiscopus, consensi.

Ego Oswald, archiepræsul, consignavi.

Ego Aþulf, episcopus, prefixi.

Ego Ælfeȝ, episcopus, depinxi.

Ego Æscwi, episcopus, prenotavi.

Ego Æþelgar, episcopus, prepinxi.

Ego Æþelriȝe, episcopus, consolidavi.

Ego Ælfeaȝ, episcopus, adquievi.

Ego Ælstan, episcopus, confirmavi.

Ego Æþelwyne, dux.

Ego Byrhnod, dux.
Ego Æþelward, dux.
Ego Ælfriȝ, dux.
Ego Ælfward, minister.
Ego Ælfhelm, minister.
Ego Æþelward, minister.
Aelfgar, minister.
Aeþelnode, minister.
Aeþelmund, minister.
Loefwyne, minister.
Wlfmer, minister.
Aelfward, minister.
Wlfric, minister.
Eþelwald, minister.
Wlfheah, minister.
Pureferh, minister.
Frana, minister.
Aeþelriȝ, minister.
Wlfriȝ, minister.
Leofriȝ, minister.
Aeþelmer, minister.
Wlfnod, minister.
Godwyne, minister.
Loefstan, minister.
Wfȝead, minister.
Osward, minister.
Aeþelwyne, minister.

Cap. XLII.

Carta regis Eadwardi, de libertate Meldunensis ecclesiæ.

Quæcumque scripta sunt, dicit Apostolus, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patienciam et consolationem Scripturarum spem habeamus. Iccirco terrenis ac Charter of liberty by Edward the Confessor.

caducis æterna et mansura mercanda sunt, et cum spe bona perquirenda. Ipse enim Deus retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis juxta uniuscujusque meritum reddet. Ideoque subtilissima in mentis certatione et ardenti inquisitione illum imitari satagamus, licet mortalis vitæ pondere pressi, et labentis hujusmodi seculi possessionibus miserabiliter simus infœcati, tamen miserationis ejus largitate caducis opibus æterna celestis vitæ prœmia mercari queramus.

Quapropter ego Eadwardus, superna gratia largiente Anglorum regalia sceptra gubernans, rogatus a Brihtrico abbate Meldunensis cenobii, cum consensu episcoporum optimatumque meorum, ob honorem sanctæ Dei genetricis Mariæ, perpetuæ virginis, et ob reverentiam Sancti Aldhelmi ejusdem cenobii quondam abbatis, deinde Schiraburnensis præsulis, cujus corpus gloriosum in eadem ecclesia venerabiliter requiescit, et multis
f. 135. patratis miraculis elucescit; concedo et regali auctoritate præcipio quatinus eadem ecclesia, omnes terras et possessiones suas, quas hodierna die tenet et possidet, vel in futuro largitione quorumlibet fidelium tenenda est vel possidenda, perpetuo jure et perpetua pace teneat atque possideat. Subscribimus enim nomina terrarum et nomina eorum qui eas ecclesiæ fideli devotione contulerunt.

In primis Newentuna ex dono Æþelredi regis. Terra est xxx. hyd. sita ab occidentali parte stratæ publicæ quæ Fossa nominatur.

Item Kemele. Terra est xxx. hyd. quarum iiii^or^. sunt in Chellewrþa. Hanc terram dedit Aldhelmo abbati, Cedwalla rex. Sita est in orientali plaga stratæ publicæ supra nominatæ.

Item Pirituna. Terra est xxxv. hyd. de orientali parte silvæ quæ dicitur Bradon. Hanc dedit Chedwalla rex, Aldhelmo abbati.

Item Creddewilla. Terra est xl. hid. De ista terra

est Eastcotun, Hanekynton, Morcotun. Terram istam dedit Æþelwlfus rex Christianissimus.

Item eadem ecclesia tenet Cheorletuna. Terra est xx. hid. Hanc dedit idem rex Æþelwlfus.

Item Dometesiȝ. Terra est x. hid. Hanc dedit idem rex Æþelwlfus.

Item eadem ecclesia tenet Wdetun. Terra est x. hid. sita intra silvam Bradon. Hanc dedit Æþelstanus rex venerabili ecclesiæ Maldunensi.

Item Bremela. Terra est xxxviii. hid. De ista terra est Ywerig, Speercul, Chedecotum, Foxham, Avene. Terram istam dedit rex Æþelstanus.

Item ex donatione ejusdem regis Æþelstani, ipsa ecclesia tenet Nortuna, pro v. hid., et Sumerford, pro v. hid.

Item eadem ecclesia tenet Brokenebereȝe. Terra est l. hid. Hanc dedit rex Eadwy. De hac eadem terra, Grutenham, pro i. hid. Et ex occidentali parte fluminis quod Avena nominatur, est Suttuna pro x. hid., Rodburna pro x., Corstuna pro x., Cusfalde pro iii., Bremelham pro ii. hid.

Item Brinkewrþa. Terra est v. hid. Hanc dedit quidam vir nobilis Leofsi nomine.

Item Hewy. Terra est xi. hid. Hanc dedit Æþelred rex.

Item ipsa ecclesia tenet Litletun. Terra est v. hid. Hanc dedit Vuenod' Æþelredo rege suo annuente.

Ego igitur Eadwardus, Dei misericordia Anglorum rex, concedo atque præcipio, quatinus ecclesia ista sit libera et quieta ab omni mundiali jugo: scilicet de schiris, et hundredis, et placitis, et querelis, et omnibus geldis et consuetudinibus. Concedo etiam ei libertatem plenariam; id est sacam et socam, tol et tem, et infangeneþef,[1] monbriche, hamsokne, forstel. Quicumque

[1] Note in margin—
Monbriche est infractio pacis.
Hansoken est invasio mansionis.
Forstal, id est, prohibitio itineris.

ergo hanc nostram donationem seu libertatem servave-
f. 135 *b.* rit, perducat eum Dominus ad gaudia paradisi. Qui vero contempserit ligatis manibus et pedibus mergatur in profundum inferni.

Acta est hæc præfata libertas anno Dominicæ Incarnationis millesimo LXV., indictione iiii. Hiis testibus consencientibus, quorum inferius nomina recitantur.

Ego Eadwardus, rex Anglorum, præfatam donationem cum titulo sanctæ crucis confirmavi et impressione sigilli mei consolidavi.

Ego Eadgiþ, regina, consensi et laudavi.
Ego Ealdsiþ, archiepiscopus, roboravi.
Ego Stigat, archiepiscopus, subscripsi.
Ego Hereman, episcopus, adquievi.
Ego Leofric, episcopus, impressi.
Ego Wyllelm, episcopus, favi.
Ego Harold, dux, confirmavi.
Ego Tosti, dux, carraxavi.
Ego Gyfd', dux, prætitulavi.
Ego Loefwyne, dux, subarravi.
Ego Æþelnod, abbas, subscripsi.
Ego Aelwy, abbas, subscripsi.
Ego Ordrich, abbas, subscripsi.
Ego Ælȝelsiȝe, abbas, subscripsi.
Ego Wlfric, abbas, subscripsi.

Ego Brihtricus, abbas supra nominati cenobii, lectis et diligenter perscrutatis ecclesiæ nostræ cartis, hanc scedulam dictavi, et propria manu conscripsi, et cum titulo venerandæ crucis confirmavi, coadunavi, conclusi.

[" Celi [1] ad sacam ky ad dedit en sa court, ce est a " sauer ky home puet uenir a lei, et ple tenir, de cele " lei en sa court. Sokam, ky ad franche court. Thola, " que ad tounu en sa uile. Them, ad ky ad franchise " de prendre la issue de sun uilein ky le fuit. Infang-

---

[1] Note in folios 134 *b.* and 135.

" thef, ky ad franchise de juger larrun pris od meyn " oeure. Outfangenethefe, larrun de sun homage pris " hors de la franchise juge a prendre a les forches " demeyne. Homsocne, a fer cerch apres larruns et " autres choses ky fait encontre la pes. Forstal, ares- " ter nam en sa fraunchise ky ne seit hors chace."]

Cap. XLIII.

De libertate Meldunensis cenobii carta regis Willelmi primi.

Charter of liberty granted by William I.

Regnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo, illoque regente ac dominante omnibus elementis, qui etiam incomparabili pietate et magna majestate omnia sustentat, cunctaque prout vult seu visibiles seu invisibiles, pulchro moderamine, disponit atque dispensat. Quapropter ego Willelmus, Deo disponente rex Anglorum, ceterarumque gentium circumquaque persistentium, rector ac dux Normannorum, rogatus a fidelissima conjuge mea Matilde regina, et multis episcopis et baronibus meis, concessi Warino, abbati Meldunensis cenobii ejusque successoribus, eandem donationem terrarum atque possessionum, quam omnes prædecessores mei huic ecclesiæ providerunt et tribuerunt. Et quoniam eadem ecclesia in honore Dei genetricis, et perpetuæ virginis Mariæ, fundata esse dinoscitur, atque Sanctissimi Aldhelmi corpus ibidem requiescit, et multorum sanctorum reliquiæ, maxime paterni[1] nostri et præsulis Rothomagensis; dono et concedo huic ecclesiæ perpetuam libertatem, et eandem scilicet quam donavit rex Eadwardus. Hoc est ut sit libera et quieta, de schiris et hundredis, et placitis, et querelis, et omnibus geldis et consuetudinibus. Concedo etiam ei sacam et socam, et tol et teem, et infangeneþef, monbriche, hamsokne, forestal.

---

[1] patroni in margin.

f. 136. Si quis autem, quod absit, a diabolico inflatus spiritu, hoc meum regale donum infringere temptaverit, sciat se procul dubio ante districti tribunal judicis titubantem tremebundumque, tuba archangeli perstrepente, anathematizatum, nisi prius digna satisfactione emendare voluerit. Quicumque servaverit regnare cum Domino Jesu Christo mereatur in gloria paradisi. Facta est autem hujus donationis cartula anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.LXXXI., indictione iiii., anno regni Willelmi fortissimi XV. Hiis testibus subscriptis.

Ego Willelmus, rex Anglorum, hoc donum confirmavi et sigillo meo roboravi.

Ego Matildis, regina, signavi.

Ego Lanfrancus, archiepiscopus Cant., subscripsi.

Ego Odo, episcopus Baiocensis, subscripsi.

Ego Osmundus, Saresburnensis episcopus, subscripsi.

Ego Remigius, Lincolnensis episcopus, subscripsi.

Ego Goffredus, Constantinensis episcopus, subscripsi.

Ego Walchelinus, Wyntonensis episcopus, subscripsi.

Ego Walterus, Evershamii abbas, subscripsi.

Ego Rodbertus, comes, subscripsi.

Ego Henricus, regis filius, subscripsi.

Ego Halamius, comes, subscripsi.

Ego Baldwynus, vicecomes, subscripsi.

Ego Rodbertus de Daunteseya subscripsi.

[D]atum apud Londonias, assistente Warino abbate.

Cap. XLIIII.

De Garsduna, quam Matildis regina dedit eidem ecclesiæ.

Grant of Garsdon. Omnibus orthodoxis notum esse, remota omni ambiguitate, cognosco, puro corde bona facientes æterna premia recepturos. Quare ego Matildis, Dei gratia, regina et legalis conjunx Willelmi Anglorum strenuis-

simi regis, ceterarumque gentium circumquaque persistentium præpotentis rectoris, ac Normannorum nobilissimi ducis, eodem præclarissimo viro volente, et sincero corde consenciente, atque reverendo Warino abbate hoc postulante, dedi sanctæ Dei genitrici Mariæ integerimæ virgini, sanctoque Aldhelmo in Meldunensi monasterio, quandam terram Gersdunam nomine, uti habebam propriam, cum omnibus sibi accidentibus, hereditario jure imperpetuo habendam, ad utilitatem monachorum in opere Dei ibi assistentium; atque ante divinæ conspectum clementiæ preces fundentium, pro meorum remissione peccatorum, viri et filiorum. Illa autem terra trium hidarum mensuram continet, et supradicti monasterii terris undique circumvallatur. Hanc vero donationem gratulanter feci, imperante summo atque inestimabili Domino nostro Jesu Christo, ineffabilis Incarnationis ejusdem anno M°.LXXXI., indictione iiii., regnante serenissimo Willelmo XV. anno, in mense Februario.

Ego Willelmus, rex Anglorum, hoc donum firmavi et manu mea signavi.

Signum Matildis, reginæ, quæ hoc donum fecit. f. 136 *b.*

Signum Lanfranci, archiepiscopi Cant.

Signum Odonis, Baiocensis episcopi.

Signum Remigii, Lincolnensis episcopi.

Signum Osmundi, Saresbiriensis episcopi.

Signum Goffredi, Constantinensis episcopi.

Signum Walchelini, Wyntonensis episcopi.

Signum Walterii, abbatis Eversham.

Signum Roberti, comitis.

Signum Henrici, filii ejusdem regis.

Signum Halamii, comitis.

Signum Eadwardi, vicecomitis.

Signum Baldwyni, vicecomitis.

[L]amfrancus archiepiscopus auctoritate Dei omnipotentis, et suorum clericorum, et potestate qua possumus, excommunicamus illos qui in consilio vel facto erunt,

quod Garsduna separetur a proprio usu monachorum Meldunensium. Omnes suprascripti hoc confirmaverunt.

Cap. XLV.

De ecclesia Sancti Nicholai apud Londonias.

Grant of the church of St. Nicholas, near London, by Godwin.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M°.LXXXIIII., indictione vii., regnante Willelmo rege in Anglia, ego Godwynus, cum uxore mea Turgund, pro redemptione animarum nostrarum et remissionem peccatorum nostrorum et omnium Christianorum, dedi Sanctæ Mariæ et Sancto Aldhelmo confessori in Meldunensi ecclesia per manus Warini, reverendi abbatis, qui tunc præerat illi in monasterio, ecclesiam meam, quæ dedicata est in honore Sancti Nicholai, et omnes domos meas cum omnibus mihi pertinentibus, perpetuo jure ad habendum et possidendum. Et hoc donum feci in eadem domo in manu supradicti abbatis, in præsentia suorum hominum et meorum vicinorum, quorum hæc sunt nomina: Robertus et Saselmus, Elwynus, Aldwynus, Godwynus Beure, Ældrich Godricessune, Hanuc, Cytel goldsmith, Elwynus prest, Leowynus prest. Hic idem supradictus abbas me cum uxore mea fecit fratres ecclesiæ suæ quatinus ibi jaceamus, et partem in omnibus bonis factis eorum habeamus. Insuper etiam vi. libras reddidit pro me Theodrico monetario, pro dimidia terra quam tenebat.

Ewart aurifaber, Elart minister terræ, Euuyn, Chetel, Alwynus, Ulueret prest, Alwynus prest, Leussi filius Croc., Berard frater Algod.

Francigenæ, homines abbatis, Radulfus de Bernay, Cerlo presbiter, Meinardus, Ricardus, Tovius Anglus. Hii sunt testes conventionis Warini abbatis et Godwyni.

Cap. XLVI.

De feria Sancti Aldhelmi.

Willelmus, rex Anglorum, suis archiepiscopis, et pontificibus, et comitibus, et vicecomitibus, et omnibus suis fidelibus, Francigenis et Anglis regni Angliæ, salutem. Fair of St. Aldhelm.

Sciatis me dedisse Sancto Aldhelmo unam feriam per annum in die, videlicet tribus diebus in præcedenti et in subsequenti die, iiii. ejusdem festi, cum omnibus consuetudinibus et forisfacturis, etiamsi mercatum die illo evenerit in cujuscumque terra homines mercatum faciant. f. 137.

Testimonio Henrici filii mei, et comitis Moretonii, et comitis de Mellent, et H. de Monteforti, et E. vicecomitis, et R. filii Alwart.

Cap. XLVII.

De augmento ejusdem feriæ.

Matildis Angliæ regina Rogero episcopo Saresburiæ et Waltero filio Eadwardi et omnibus baronibus, Hunfrido de Buhun, et omnibus ministris regis, de Wylteschyre et de Malmesburia, salutem. Sciatis me concessisse Sancto Aldhelmo, in augmentum feriæ tres dies supra v. quas monachi ante habuerant, ita ut octo sint dies; scilicet iii. ante diem festum, et ipsum diem festum, et item iiii^{or}. post diem festum, ita libere et quiete cum omnibus consuetudinibus et querelis, infra burgum et extra, ut primos v. ante habuerant per breve regis. Enlargement of the same.

Teste Ricardo episcopo Londoniæ, et Burnardo cancellario, et Willelmo de Curci, et Aldhelmo camerario, apud Westmonasterium.

Cap. XLVIII.

Carta Willelmi regis de silvis quas abbas Malmesburiæ habet in Bradene.

Grant of woods in Bratton to the abbey.

Willelmus rex Angliæ O. episcopo et W. Hosato, et C. venatori, et A. falconario, salutem. Sciatis me abbati Godefrido silvas suas ad custodiendum commendasse. Nolo ergo ut aliquis forestarius meus de eis se intromittat. Et Croco venatori præcipio ut de lx. sol. quos super homines suos placitaverat eum et suos clamet quietos.

Teste Willelmo episcopo, et F. filio Hamonis, R. capellano, apud Hastinge.

Cap. XLIX.

Carta ejusdem facta abbati Godefrido de rectitudine eidem facta de quadam terra.

Order for restitution of land.

Willelmus rex Angliæ Willelmo de Carcario salutem. Fac abbati Godefrido de Malmesburia plenam rectitudinem de terra quam Malgerus frater tuus dedit abbatiæ de Malmesburia. Teste W. de Albetot.

Cap. L.

Carta Henrici ducis Normanniæ et Aquitanniæ facta ecclesiæ Sancti Aldhelmi, de libertatibus et acquitanciis quas habet ipsa ecclesia.

Confirmation of liberties.

Henricus dux Normanniæ et Aquitanniæ, comes Andegaviæ, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, et omnibus suis fidelibus, Francis et Anglicis, salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et abbati et monachis ibidem Deo servi-

entibus, omnes libertates suas et quietancias, quas habuerunt tempore antecessorum meorum regum Angliæ; et nominatim quietanciam tholonei per totam Angliam, sicut rex Henricus eis concessit; et custodiam forestarum suarum eis concedo sicut rex Willelmus eis concessit. Ita quod nullus regius forestarius inde se intromittat. Volo etiam et firmiter præcipio, quod ecclesia prædicta, omnes possessiones suas, et omnia quæ ad illam ecclesiam pertinent, teneat bene et in pace, libere et quiete, et honorifice, in bosco, in planis, pratis, f. 137 *b.* pasturis, aquis, stagnis, viis, et semitis, cum socca et sacca, tol et them, et infangeneþeof; cum omnibus aliis rebus et dignitatibus, et quietanciis, et libertatibus, ad abbatiam illam pertinentibus; sicut melius et liberius tenuit tempore antecessorum meorum.

Teste Willelmo cancellario, Ricardo de Homet, &c.

Cap. LI.

Carta ejusdem Henrici de Hundredselver.

Henricus, rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis totius Angliæ, salutem.

Release of Hundred-silver.

Sciatis me concessisse abbati et monachis Sancti Aldhelmi de Malmesburia, quod habeant et teneant omnia tenementa sua, in terris et ecclesiis, decimis, et aliis rebus, bene et in pace, libere et quiete. Præterea do eis et concedo imperpetuam elemosinam vi. libras et x. solidos, quas ipsi solebant dare pro quietancia schirarum et hundredarum, quas ipsi solent appellare *hundredselver.* Ita tamen quod quieti sint per totam Angliam, de schiris, hundredis, placitis, querelis, et omni regali consuetudine, exceptis murdredis et Danegeldis. Quare volo et firmiter præcipio, quod omnia tenementa sua et nominatim vi. libras et x. solidos, in bono, in pace, libere, honorifice, quiete et plenarie habeant et

teneant, in bosco, planis, pratis, pasturis, stagnis, vivariis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in burgo et extra, et in omnibus locis, cum soca et saca, tol et them, et infangeneþoef; et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ecclesiæ pertinentibus. Do etiam eis quietanciam thelonei per totam Angliam, quam rex Henricus avus meus eis dedit, et custodiam forestarum suarum, quam rex Willelmus Secundus eis concessit, ita quod nullus regius forestarius se inde intromittat.

Teste Thoma cancellario et aliis, apud Malmesburiam.

Carta Henrici regis quod abbathia Malmesburiæ manuteneretur.

Mandate to the king's officers of Wiltshire on behalf of the abbey.

Henricus rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, comes Andegaviæ, constabulario de Malmesburia et vicecomiti, et ballivis suis de Wyltescyre, salutem. Præcipimus vobis quod manuteneatis et protegatis abbatiam de Malmesburia, et omnes possessiones suas, sicut meas dominicas, ita quod nullum ei faciatis injuriam, vel contumeliam; neque ab aliquo fieri patiamini; sed si quis abbati et monachis in aliquo forisfecerit, vel hominibus, sive rebus suis, plenariam inde justitiam sine dilatione faciatis.

Teste Johanne de Soloneie apud Cademum.

Cap. LII.

Quod terræ et tenementa abbatiæ Malmesburiæ sint quieta, et cetera.

Precept for the abbey to be quit of the shire, &c.

Henricus rex Angliæ, &c., justiciariis, vicecomitibus, et ministris suis Angliæ, salutem. Præcipimus quod terræ et omnia tenementa monachorum de Malmesburia sint ita quieta de schiris et hundredis, placitis et querelis, et omnibus occasionibus, sicut carta mea, quam de me habent, testatur. f. 138.

Teste Thoma cancellario, apud Argentinam.

Cap. LIII.

Henricus rex Angliæ, omnibus baronibus suis et ministris Angliæ, salutem. Volo et firmiter præcipio ut ecclesia de Malmesburia sit quieta a theloneo per totam Angliam. Et ut teneat omnes terras suas et consuetudines suas in pace, ne aliquis ullo modo ei injuriam faciat. Release from toll.

Teste Willelmo episcopo Wyntonensi, apud Wynton.

§

De feria Sancti Aldhelmi.

Willelmus rex Angliæ suis archiepiscopis, pontificibus, comitibus, &c. *Require antea in quarta pagina.*[1] Of the feast of St. Aldhelm.

§

Item de feria.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, W. Hosato et ministris suis, salutem. Sciatis me concessisse Godefrido abbati Malmesburiæ nundinas Malmesburiæ per quinque dies, quas pater meus tribus diebus concesserat. Et volo et concedo ut ita sit, sicut frater meus per breve suum concessit. Teste Willelmo cancellario, apud Sarum in consilio. Of the same.

§

Item de feria.

Matildis Angliæ regina Rogero, episcopo Sarum, &c. *Require ut supra.*[1] Of the same.

Cap. LIIII.

Item.

Henricus dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, omnibus comitibus, vicecomitibus, baronibus, Of the same.

---

[1] Rubricated.

et justiciariis suis, salutem. Præcipio quod omnes homines civitatum et villarum qui ad nundinas Malmesburiæ venire voluerint, secure et in firma pace mea, et eisdem consuetudinibus, quas habebant tempore H. regis, avi mei, veniant et redeant,[1] ne quis eis injuriam faciat.

Teste Manasse Biset, apud Wyltscyre.

Cap. LV.

Carta regis Henrici de libertatibus et feria Malmesburiæ.

Of the same.

Henricus rex Angliæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, justiciariis, vicecomitibus, et ministris suis Angliæ, salutem. Præcipio quod monachi de Malmesburia habeant et teneant ita bene et in pace, juste et quiete, omnes libertates et liberas consuetudines suas; et nominatim de feria sua, de festo Sancti Aldhelmi, sicut eas melius habuerunt tempore regis H. avi mei. Quare prohibeo nequis namium eorum, pro aliqua rectitudine eorum, quas ipsi ceperint in prædicta feria sua, et quas ipsi debeant habere in eadem feria; quia nulli concedo quietantiam eorum quæ ad rectitudines eorum pertinent, quas ipsi habuerunt tempore H. regis avi nostri. Teste Roberto comite Legr., apud Wygorn.

Cap. LVI.

Carta ejusdem ut servicia debita a tenentibus fiant ecclesiæ debito modo.

Precept to the tenants of the abbey.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, baronibus, et militi-

[1] Ardeant in MS.

bus, et omnibus tenentibus de ecclesia Malmesburia, salutem. Præcipio vobis quod plenarie et integre et bene faciatis abbati de Malmesburia servicium quod ei debetis, sicut illud plenius fecistis, vel antecessores vestri, Rogero episcopo, vel alicui abbati, tempore H. regis, avi mei. Et nisi feceritis, justiciarii mei faciant.

Teste Gregorio, apud Theok.

§

De protectione.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andagaviæ, justiciariis suis Angliæ, salutem. Præcipio quod abbas Robertus de Malmesburia teneat bene et in pace omnia tenementa sua abbatiæ de Malmesburia, et de nullo tenemento quod sit de dominio ejusdem abbatiæ ponatur in placitis nisi coram me.

Protection for the same.

f. 138 *b*.

Teste magistro Waltero de Insula, apud Chinon.

§

Carta Alianoræ reginæ.

Regina Angliæ, et ducissa Aquitanniæ et Normanniæ, et comitissa Andegaviæ, militibus quæ tenent de feodo ecclesiæ de Malmesburia, salutem. Præcipio vobis quod faciatis abbati de Malmesburia servicium de feodis vestris integre et plenarie, sicut recognitum fuit ante regem et ante justiciarios apud Wygorniam.

Precept of the queen Eleanor to those holding knight's service of the abbey.

Teste Roberto, com. Leicestre, apud Westmonasterium. Et sicut inde ei fecistis homagium vestrum. Teste eodem.

Cap. LVII.

Carta regis Ricardi.

Charter of confirmation of Richard I.

Ricardus Dei gratia rex Angliæ, &c., archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis,

vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis totius Angliæ, salutem. Sciatis nos concessisse et præsenti carta nostra confirmasse abbati et monachis ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia, quod habeant et teneant omnia tenementa sua, in terris et ecclesiis, decimis et aliis rebus, bene et in pace, libere et quiete. Præterea damus eis et concedimus imperpetuam elemosinam vi. libras et x. sol., quas ipsi solebant dare pro quietancia schirarum et hundredorum, quas ipsi solebant appellare *hundredeselver*. Ita tamen quod quieti sint per totam Angliam de schiris et hundredis, placitis et querelis, et omni regali consuetudine, exceptis murdris et Denegeldis. Quare volumus et firmiter præcipimus quod omnia tenementa sua et nominatim prædictas vi. libras et x. sol., in bono et in pace, libere et honorifice, quiete et plenarie, habeant et teneant, in bosco et plano, in pratis et paschuis, in stagnis et vivariis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in burgis et extra burgum, et in omnibus locis, cum soca et saca, tol et teem, et infangeneþoef, et cum omnibus libertatibus, et liberis consuetudinibus, ecclesiæ suæ pertinentibus. Damus etiam eis quietanciam thelonei per totam Angliam, quam rex H. avus patris nostri eis dedit, et pater noster sigillo suo eis confirmavit, et custodiam forestarum suarum quam rex Willelmus Secundus eis concessit, et pater noster eisdem confirmavit, ita quod nullus regius forestarius se inde intromittat. Teste Willelmo de Longo Campo cancellario nostro et aliis, apud Westmonasterium. 1189-99

§

Carta ejusdem regis.

Protection of the same.

Ricardus Dei gratia rex Angliæ, &c., justiciariis, vicecomitibus, et omnibus ballivis suis Angliæ, salutem. Sciatis nos suscepisse in manu et custodia et protectione nostra abbatem Malmesburiæ et domum suam. Quare vobis mandamus et firmiter præcipimus quatinus eum et

domum suam, et homines, terras et tenementa, etomnes res et possessiones suas, et omnia alia, ad prædictam domum pertinentia, sicut nostras res custodiatis, manu- f. 139. teneatis et protegatis. Nullam ei aut domui vel hominibus suis injuriam, vel molestiam, aut aliquod gravamen inferre præsumpserit, id ei sine dilatione emendari faciatis.[1]

Teste me ipso Messananam, ii. die Aprilis.

Cap. LVIII.

Carta ejusdem. Et de eodem sunt cartæ quatuor, quarum una apud Piltoniam non de eodem tenore quo et ceteræ.

Charter of protection.

Ricardus Dei gratia rex Angliæ, &c., H. eadem gratia Sarisburiensi episcopo et officiis suis, salutem. Sciatis quod Robertus abbas de Malmesburia, dilectus et specialis clericus noster est, et quod suscepimus eum et abbathiam suam, et omnes res et possessiones suas, tam ecclesiasticas quam laicas, et quicquid ad ipsum abbatem vel ad abbathiam suam prædictam pertinet, in manum, et custodiam, et defensionem, et protectionem nostram. Quare volumus et firmiter præcipimus, quod idem abbas et omnes res et possessiones suæ, tam ecclesiasticæ quam laicæ, et quicquid ad ipsum abbatem vel abbathiam suam pertinet, sint in eodem statu, et eadem pace, et tranquillitate, qua fuerint die qua dominus rex, pater noster, fuit vivus et mortuus. Et si quid inde per vos immutatum est, volumus et firmiter præcipimus quod ad prænominatum statum revocetur, donec reversi fuerimus de peregrinatione nostra. Et prohibemus ne quis ipsum abbatem vel abbathiam suam super hoc in aliquo vexare præsumat, super forisfacturam nostram.

Teste meipso apud Ponz., xii. die Junii.

---

[1] Sic MS.

Cap. LIX.

Carta regis Johannis.

Chatrer of king John to similar effect.

Johannes Dei gratia rex Angliæ, etc., archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Noveritis nos pro salute animæ nostræ, et animarum antecessorum, et successorum nostrorum, concessisse, et præsenti carta nostra confirmasse, abbati et monachis ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia imperpetuum, omnes donationes terrarum, tenementorum, ecclesiarum, decimarum, libertatum et liberarum consuetudinum, quietanciarum, et omnium aliarum rerum et possessionum, quas ex donatione nostra, vel antecessorum nostrorum, vel ex donatione quarumlibet aliarum personarum ecclesiasticarum, vel secularium, adepti sunt; statuentes et præcipientes ne quis eis contra præfatas donationes vel libertates sibi concessas aliquam injuriam, gravamen, vel molestiam, inferat, aut eos in aliquo vexare præsumat. Volumus etiam et firmiter præcipimus quod prædictus abbas et monachi omnia prædicta adeo bene et quiete, libere et integre, habent imperpetuum in omnibus, et possideant sicut debent et solent; et sicut cartæ prædecessorum nostrorum quas inde habent rationabiliter testantur.

Teste R. episcopo Sancti Andreæ et aliis, apud Cenoman. xxxº. die Septembris, anno regni nostri primo.

Cap. LX.

f. 139 *b*.

Item.

Letters patent in confirmation of charter of Henry III.

Johannes Dei gratia rex Angliæ, etc., omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis quod concessimus et volumus quod abbas et monachi de Malmesburia habeant omnes libertates et liberas consuetudines eis concessas per cartam Henrici regis, patris mei, et cartam nostram. Et ideo vobis præcipimus quod omnes libertates et consuetudines illas liberas eis habere permit-

tatis, absque omni impedimento, secundum tenorem cartarum illarum, nullum eis super hoc gravamen vel molestiam inferentes, vel fieri permittentes. Et in hujus rei testimonium has litteras nostras patentes eis fieri fecimus. Teste meipso, etc.

Cap. LXI.

Item.

Grant of fee-farm of the town of Malmesbury and three hundreds adjoining it.

Johannes Dei gratia rex Angliæ, etc., archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos intuitu Dei et pro salute animæ nostræ, et antecessorum, et successorum nostrorum, concessisse et hac carta nostra confirmasse Deo et Sancto Aldhelmo de Malmesburia, et Waltero abbati et conventui ejusdem loci, et successoribus suis imperpetuum, villam nostram de Malmesburia, cum tribus hundredis ad villam illam pertinentibus, et cum omnibus pertinentiis suis ad feodi firmam, habendum et tenendum de nobis et heredibus nostris sibi et successoribus suis imperpetuum, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie, pacifice et honorifice; in bosco et plano, in viis et semitis, in pratis et paschuis, in aquis et molendinis, in stagnis et vivariis, in moris et mariscis, cum soc et sac, tol et tem, et infangeneþeof et utfangeneþeof, et cum omnibus pertinentiis, et libertatibus, et liberis consuetudinibus, ad eandem villam pertinentibus: reddentes inde nobis, et heredibus nostris, singulis annis, ad scaccarum nostrum, ipse et successores sui, xx^ti^. libras sterlingorum, ad duos terminos anni; scilicet, ad festum Sancti Michaelis x. libras, et ad Pascha x. libras; pro omni servicio et exactione. Unde prius recipere non consuevimus, nisi xiii. libras et x. solidos per annum. Quare volumus et firmiter præcipimus, quod prædicti abbates et conventus de Malmesburia, habeant et teneant imperpetuum de nobis et heredibus nostris, sibi et successoribus suis, prædictam

villam de Malmesburia cum omnibus ad eam pertinentibus, ad feodi firmam xx[ti]. librarum, cum custodia castri ejusdem villæ; bene et in pace, libere et quiete, cum omnibus pertinentiis, et libertatibus, et liberis consuetudinibus, ad prædictam villam, et prædictum castrum pertinentibus, sicut prædictum est.

Teste domino H. Dubilinensi archiepiscopo, P. Wyntonensi, et aliis episcopis, comitibus et baronibus. Datum per manum magistri Ricardi de Marisc[o], cancellarii nostri, apud Oxoniam, xviii°. die Julii, anno regni nostri xvii°. 1215

Cap. LXII.

f. 140.

Item.

Grant of the castle of Malmesbury.

Johannes Dei gratia rex Angliæ, etc., archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, et omnibus ballivis, et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos concessisse, reddidisse, et quietum clamasse de nobis et heredibus nostris, perpetuo Deo et ecclesiæ beatæ Mariæ et Sancto Aldhelmo de Malmesburia, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ nostræ, et antecessorum, et successorum nostrorum, locum in quo situm est castrum de Malmesburia, tanquam jus ipsius ecclesiæ: ita videlicet quod monachi pro voluntate sua castrum prædictum diruant, et locum illum in usus proprios convertant, edificia ibidem erigendo, vel alia necessaria domus suæ construendo, sive aliter, pro voluntate sua de eo disponendo: ita quod de cetero in nullo occasionentur prædicti monachi pro subversione ejusdem castri, vel situ loci, de nobis vel heredibus nostris, aliquo tempore; dum tamen ibidem nullum imposterum per ipsos fiat fortelicium. Quare volumus et firmiter præcipimus quod prædicta ecclesia beatæ Mariæ et Sancti Aldhelmi de Malmesburia et monachi ibidem Deo servientes, et successores sui, habeant et teneant imperpetuum prædictum locum, in quo

situm est castrum de Malmesburia, quietum de nobis et heredibus nostris, tanquam jus ipsius ecclesiæ, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie, cum omnibus pertinentiis suis. Et quod castrum illud diruant, et locum illum in usus proprios convertant, edificia ibidem erigendo, vel alia necessaria domus suæ construendo, vel de eodem loco pro voluntate sua disponendo: ita quod de cetero in nullo per nos vel heredes nostros occasionentur, pro subversione ejusdem castri, vel situ loci, aliquo tempore; dum tamen nullum in posterum in eo per ipsos fiat fortalicium, sicut prædictum est.

Teste W. comite Sarum, fratre nostro, et aliis. Datum per manum magistri Ricardi de Marisco, cancellarii nostri, apud Divisas, ix°. die Junii, anno regni nostri xviii°.

Transcriptum hujus cartæ de castro scribitur alias verbo ad verbum in thesaurario repositum, ubi apponitur signum Gualonis tunc legati in hunc modum.

Cap. LXIII.

De warenna.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo, abbati et conventui de Malmesburia, quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis, quam nunc habent in comitatu Wyltes[cyre], dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ nostræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, aut ad aliquid capiendum, quod ad warennam pertineat, sine licentia et voluntate ipsorum abbatis et conventus et successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum.

Grant of free warren.

f. 140 *b*.

Concessimus etiam eisdem abbati et conventui quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant unum mercatum apud Malmesburiam in Westporte, singulis septimanis, per diem Jovis, et quod habeant apud manerium suum de Albo Monasterio unam feriam, singulis annis, per tres dies duraturam: videlicet, in vigilia et in die, et in crastino Sancti Jacobi apostoli, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus et firmiter præcipimus pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti abbas et conventus et eorum successores imperpetuum habeant liberam warennam, in omnibus dominicis terris suis, quas nunc habent in comitatu Wyltishire; dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ nostræ. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat, sine licentia et voluntate ipsorum abbatis et conventus, et successorum suorum, [super] forisfacturam nostram decem librarum. Et quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant unum mercatum apud Malmesburiam in Westeporte singulis septimanis per diem Jovis; et quod habeant apud manerium suum de Albo Monasterio unam feriam singulis annis per tres dies durataram; videlicet, in vigilia, et in die, et in crastino Sancti Jacobi Apostoli; cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercatum et feriam pertinentibus, nisi mercatum illud, et feria illa, sint ad nocumentum vicinorum mercatorum, et vicinarum feriarum, sicut prædictum est.

Hiis testibus, R. comite Cornubiæ et Galfrido de Lezumano, fratribus nostris, Petro de Sabaude, magistro W. de Kilkenny archidiacono Coventriæ, Roberto Walarande, Roberto de Mucegros, Elya de Rabayne, Giliberto de Segrave, Bartholomeo Pecche, Roberto le Noreys, Rogero de Lokintone, et aliis.

Datum per manum nostram apud Wodestok, tertio die Augusti, anno regni nostri tricesimo sexto.

Cap. LXIIII.

Super exemptionem monasterii Malmesburiæ.[1]

Papal exemption from episcopal jurisdiction.

Sergius episcopus, servus servorum Dei, Aldhelmo abbati ejusque successoribus, et per vos venerabili vestro monasterio. Ea quæ, religiosæ conversationis intuitu, monachis servis Dei pro libera vivendi facultate conferuntur, non pro illecebrarum licentia, sed pro sedulitate bene conversandi, et divinis serviciis se ipsos singulari desiderio mancipandi, proculdubio a præsulibus atque cultoribus Deo decretæ Christianæ religione indulgentur, ut nexu humanæ conditionis exuti, dum ab omni munere secularium functionum efficiuntur, immunes, sicut professionis eorum regula protestatur, Deo penitus vacent, et ejus solius sint intenti servicio, pro cujus majestatis reverentia non solum ab oneribus temporalium ditionum liberati, sed etiam amore religionis f. 141. maximo honore sint digni, unaposcente a nobis religione vestra, ut auctoris nostri beati Petri apostolorum principis vitæ, cui Creator et Redemptor noster, Dominus Jesus Christus claves ligandi atque solvendi, in terra cœloque dignatus est impertire; cujus et nos, licet impares, ministerio fungimur, et ecclesiam ejus Dei dignatatione disponimus, monasterium beatorum Petri et Pauli apostolorum, quod Meldum religiosæ memoriæ condidit, quod etiam nunc Meldumesburg vocatur, situm in provincia Saxonia; atque aliud monasterium quod in honore Sancti Johannis Baptistæ est in eadem provincia positum, juxta flumen qui vocatur Fron; quæ tuam religionem Deo cooperante provide dispensare didicimus, multorum veridica relatione ad nos pervolante agnovi-

---

[1] Mem. in marg.—"*Et ex hoc* "*privilegio quære titulum, qui est* "*ita scriptus, 'Obligatio episcopi* "*'Sar.' et est in fine proximi qua-* "*terni.*"

mus, apostolicis privilegiis roboremus piæ devotioni faventes assensum. Hortamur vos in Dei laudibus et orationibus studiosos atque[1] pervigiles, abstinentiæ, castimoniæ, purificationi tenaciter inhabentes, hospitalitatis atque humanitatis officiis deditos ac devotos, obedientiæ atque humilitatis Christi existere vos amatores, circa invicem pia caritate concordes, mandatis spiritualibus et sanctorum patrum regulis serviendo, apostolicæ fidei rectitudinem illibate servare, bonis studiis operam dare, humanitatem egentibus et peregrinis impendere, ecclesiarum Dei præsulibus et sacerdotibus venerationem debitam exhibere, Deo vacare, seculares curas et questus effugere, temperantiam et paupertatem diligere, psalmis et ymnis spiritualibus, atque orationibus assiduis, cum Deo colloquium inserere; abstinentiam tanquam purificationem corporis in cunctis vitæ studiis adhibere, in omnibus Dei mandatis alterutros excitare, et perficientes in melius emulari, sollicitos circa sui salutem esse, et in Dei præsidio confidere, immaculatos sese non solum a contagione carnali, sed etiam a sermonibus et cogitationibus noxiis custodire, ut castitas atque sobrietas corporis, simul et spiritus vestri ante Dei oculos luceat, quatinus et interior homo gratia virtutis illustretur, et exterior laudem bonæ conversationis atque opinionis optineat.

Quia igitur talibus oportet et debetur pontificalis indulgentiæ beneficium, præsentibus apostolicis privilegiis prædicta venerabilia monasteria decernimus munienda, quatinus sub jurisdictione atque tuitione ejusdem, cui et nos deservimus, Auctoris nostri beati Petri apostoli, ejus quam dispensamus ecclesiæ, sicut tua religio petiit, et nunc esse et imperpetuum permanere, nulliusque alterius jurisdictioni esse subjecta, nec quem-
f. 141 *b*. que episcoporum, ac sacerdotum, vel cujuslibet ecclesias-

---

[1] aque, MS.

tici ordinis clericum, quoquo tempore in ea sibi qualemcumque jurisditionem defendere, susceptionemve aut quælibet munuscula, a religiosa congregatione extorquere vel exposcere; neque in eorum oratorio episcopalem cathedram constituere, aut missarum solempnia ibidem gerere, præter si a religioso abbate et congregatione convocatus advenerit. Presbiterum vero, si necesse habuerint, pro missarum solempniis sibi ordinari, aut diaconum, a reverentissimo episcopo, qui e-vicino est, consecrandum expostulent, ille dumtaxat quæque ad sacram regulam pertinent, sub divino judicio perquirente et absque muneris datione consecrante. Si autem et religiosum abbatem obire[1] contigerit, et ad electionem alterius fuerit ventum, illum quem religiosa congregatio servorum Dei delegerit communi consensu promovendum e vestigio, ut non detrimentum disciplina monachicæ conversationis incurrat, vel res monasterii abbatis privatione depereant.

Præsul similiter qui in propinquo fuerit, ex apostolici pontificis auctoritate ei orationem abbatibus attribuat. Dum hæc ita sint; si quisquam episcoporum, presbiterorum, vel cujuslibet ecclesiastici ordinis clericus, sive etiam laicus cujuscumque dignitatis fuerit præditus, hæc quæ a nobis, sub divino judicio statuta sunt, transgredi vel temerare temptaverit, reum se noverit ante Dei conspectum, et participatione salutiferi corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi alienum. Condempnationem, quam Judas Scarioth assecutus est, assequatur, et ab apostolorum principe ut Ananias et Saphira percellatur, nisi de incepto temerariæ præsumptionis peniteat. Vita, vero, salus, et beatitudo perpetua, hiis quiqui hæc conservaverint, et conservari mandaverint. Bene valete dilectissimi fratres. Amen.

---

[1] Corrected from *obedire*.

§

Item de exemptione monasterii Malmesburiæ.

Repetition of the same by Innocent II.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro Malmesburiensi abbati ejusque successoribus regulariter substituendis. Cum universis sanctæ ecclesiæ filiis, ex Apostolicæ sedis auctoritate ac benivolentia, debitores existamus; illis tamen locis atque personis quæ specialius ad proprietatem et defensionem sedis apostolicæ pertinere noscuntur, propensiori nos convenit caritatis studio imminere, et ne pravorum hominum agitentur molestiis paterna sollicitudine providere: Eapropter dilecte in Domino fili, Petre abbas, venerabilis fratris nostri, Henrici Wyntoniensis episcopi, apostolicæ sedis legati, et dilecti filii nostri Stephani regis, precibus inclinati, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessoris nostri bonæ memoriæ Sergii papæ ves-
f. 142. tigiis inhærentes, Malmesberiense monasterium, quod in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore Beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ et Sancti Aldhelmi præsulis reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris exstitit, tutela et proprietate tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipsici, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis, etc., ecclesiastica sacramenta, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis Apostolicæ


habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur; sed liceat fratribus communi consilio, vel parti consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere.

Prohibimus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus.

Decernimus ergo ut nec episcopo, nec alicui omnino hominum, fas sit præfatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus, annis singulis, persolvetis. Si vero aliquod scriptum, vel privilegium, contra hanc libertatem a præfato prædecessore Sergio, eidem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hujus nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud

f. 142 *b*.

districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.



Ego Innoc[ent]ius, Catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Conradus, Sabiensis episcopus, subscripsi.

Ego Albericus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Guido, sanctæ Romanæ ecclesiæ indignus sacerdos, subscripsi.

Ego Guido, diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Octovianus, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere, subscripsi.

Ego Guido, presbiter cardinalis tit. Sancti Chrisogoni, subscripsi.

Ego Goi . . , presbiter cardinalis tit. Sanctæ Cecilie, subscripsi.

Datum in monte Tyburtino per manum Gerardi, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiteri cardinalis ac Bibliothecarii, x. kalend. Junii, indictione v., Incarnationis Dominicæ anno M^{o}C^{o}XL°II., pontificatus vero domini Innocentii II. Papæ, anno xiii.

§

Item super exemptione monasterii Malmesburiæ.

Also by Eugenius III.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro Malmesburiensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis. Commissæ nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur ut locis et personis ipsius auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus; quia sicut injusta pos-

centibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima et justa desiderantium non est deferenda petitio; præsertim eorum locorum, quæ beati Petri juris existunt, et ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino fili Petre, abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum felicis memoriæ, Sergii et Innocentii, Romanorum pontificum, vestigiis inhærentes, Malmesberiense monasterium, quod in honore beatorum Apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore Beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et Sancti Aldelmi, reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris extitit, tutela et proprietate tantum manere censemus; et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium impræsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum largitione, regum vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: f. 143.
ecclesiam Sanctæ Mariæ, ecclesiam Sancti Pauli, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Crudewella cum capellis suis, ecclesiam de Kemela cum capella de Ewlma, ecclesiam de Peritona, ecclesiam de Brenkewrtha, ecclesiam de Bremela cum omnibus capellis suis, capellam de Suttona, capellam de Nortuna, ecclesiam de Niwentona, ecclesiam de Lidetona, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Piltona; apud Londoniam, ecclesiam Sancti Nicholai, et quandam terram in eadem civitate; ecclesiam de Culerna, ecclesiam de Sipetona, ecclesiam de Minti, terram quæ vocatur Hola, et alia quæ vocatur Mollande, et Norchote, et Parva Bochabande, Brokenebergȝa, Cufalda cum appendiciis suis, Cruddewella, cum omnibus pertinentiis suis, Chemela, Ewelma, Cherltona, Garsduna, Brenkewrtha, Greteham, Peritona, Bre-

mela, Spertella, Heyeweie, cum omnibus pertinentiis suis ; Suttona, Ewerigga, Wdetona, Nortona, Niwentona, Litletona super Sabrinam, Lamihangel, piscariam, quæ vocatur Plumwere, cum silva et terra, Niwebold, terram de Swindona, terram de Wynterburna, terram de Chuderintona; apud Wyntoniam, terram quam Nigellus ecclesiæ nostræ dedit, et aliam terram de Daniele.

Crisma, vero, oleum sanctum, confectiones altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis, et cetera ecclesiastica sacramenta a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolicæ habuerit; et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligerent. Prohibemus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, nec episcopo, fas sit præfatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, et diocesanorum episcoporum canonica justitia.

f. 143 *b*. Ad indicium autem hujus a sede apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus,

annis singulis, persolvetis. Si vero aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem a præfatis prædecessoribus nostris eidem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione prejudicet. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini, Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Eugenius, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Ymarus, Tusculanus episcopus, subscripsi.

Ego Nicholaus, Albanus episcopus, subscripsi.

Ego Gg., presbiter cardinalis tit. Calixti, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis, subscripsi.



Ego Guido, presbiter cardinalis tit. Pastoris, subscripsi.

Ego Bernardus, presbiter cardinalis tit. Sancti Clementis, subscripsi.

Ego Johannes Paparo, presbiter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Damasco, subscripsi.

Ego Otto, diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad velum aureum, subscripsi.

Ego Gr., diaconus cardinalis Sancti Angeli, subscripsi.

Ego Johannes, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ, subscripsi.

Ego Guido, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu, subscripsi.

Datum Ferentini per manum Bosonis, sanctæ Romanæ ecclesiæ scriptoris, iii. Kalend. Aprilis, indictione xiiii., Incarnationis Dominicæ anno M°.C°.L°.I°., pontificatus vero domini Eugenii III°. anno vii°.

§

Item de exemptione monasterii Malmesburiæ.

The same by Alexander III.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Gregorio abbati Malmesburiensi, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam profitentibus.[1] Cum universis sanctæ ecclesiæ filiis ex Apostolicæ Sedis auctoritate ac benivolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis, quæ specialius ad proprietatem et defensionem Sedis Apostolicæ pertinere noscuntur, propensiori nos convenit caritatis studio imminere, et ne pravorum hominum agitentur
f. 144. molestiis paterna sollicitudine providere; eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum, bonæ memoriæ, Sergii papæ et Innocentii vestigiis inhærentes, Malmesburiensis monasterium, quod in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et Sancti Aldhelmi, reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris existit, tutela et proprietate tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium impræ-

---

[1] prof'tis, MS.

sentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Crisma, vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis, et cetera ecclesiastica sacramenta, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem; qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, vel violentia præponatur; sed liceat fratribus communi consilio, vel parti consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Prohibemus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus. Decernimus, ergo, ut nec episcopo nec alicui omnino hominum fas sit præfatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus, annis singulis, persolvetis. Si vero aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem, a præfatis prædecessoribus nostris, Sergio et Innocentio, eidem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla f. 144 *b*.
ratione præjudicet. Siqua igitur, in futurum, ecclesias-

tica secularisve persona hujus nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri, Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia æterna pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Alexander, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Hubaldus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Bernardus, Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus, subscripsi.

Ego Gualterius, Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Crucis in Jerosol., subscripsi.

Ego Henricus, presbiter cardinalis tit. Sanctorum Nerei et Achillei, subscripsi.

Ego Albertus, presbiter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina, subscripsi.

Ego Guillelmus, presbiter cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula, subscripsi.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmydin, subscripsi.

Ego Oddo, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tull., subscripsi.

Ego Boso, diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Petrus, diaconus cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ, subscripsi.

Ego Johannes, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu, subscripsi.

Datum Turon. per manum Hermanni, sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi et notarii, iii. Idus Julii, indictione xi., Incarnationis Dominicæ anno M°.C°.LX°.III°., pontificatus vero domini Alexandri [papæ][1] III. anno quarto.

§

Item super exemptionem monasterii Malmesburiæ.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro Malmesberiensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis. Commissa nobis Apostolicæ Sedis auctoritas nos hortatur ut locis et personis ipsius auxilium, devotione debita implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus; quia sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima et justa desiderantium non est differenda petitio; præsertim eorum locorum quæ beati Petri juris existunt, et ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino fili, Petre abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum, sanctæ recordationis Sergii, Innocentii et Eugenii, Romanorum pontificum, vestigiis inhærentes, Malmesberiense monasterium, quod in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore beatæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, et Sancti Aldhelmi, reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis et sanctæ Romanæ ecclesia, cujus

Papal exemption by Adrian IV. A.D. 1156.

f. 145.

[1] The word *papa* has been erased, and *episcopus* written in a modern hand.

juris extitit tutela et proprietate tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, propitiante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Sanctæ Mariæ, ecclesiam Sancti Pauli cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Credewella cum capellis suis, ecclesiam de Kemela cum capella de Ewelma, ecclesiam de Peritona, ecclesiam de Brenkewrtha, ecclesiam de Bremela cum capellis suis, capellam de Suttona, capellam de Nortona, ecclesiam de Nywentona, ecclesiam de Lidetona, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Piltona: apud Londoniam, ecclesiam Sancti Nicholai et quandam terram in eadem civitate, ecclesiam de Culerna, ecclesiam de Syptona, ecclesiam de Minti, terram, quæ vocatur Hola, et aliam terram, quæ vocatur Mollande, et Norchote, et Parvam Bochalande, Brokeneberga, Curfalda cum appendiciis suis, Creddewella cum omnibus pertinentiis suis, Chemela, Ewlma, Cherletona, Garsduna, Brinkewrtha, Greteham, Peritona, Bremela, Spercella, Heywey cum omnibus pertinentiis suis, Suttona, Ewerigga, Wettona, Nortona, Nywentona, Litletona super Sabrinam, Lamihangel, piscariam quæ vocatur Plumwere, cum silva et terra, Nywebold, terram de Swindona, terram de Wynterburna, terram de Cuderintona; apud Wyntoniam, terram quam Nigellus ecclesiæ vestræ dedit, et aliam terram de Daniele, ex dono Henrici regis secundi, Halberistonam; item ex dono ejusdem in Malmesburia, sex libras et decem solidos, quæ vocantur hundredsilver; quietantiam shirorum et hundredorum, omnes etiam regis libertates, ab eodem Henrico vobis juste concessas, præter murdre et Deneguelt. Crisma, vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel

clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi benedictionem abbatis, et cetera ecclesiastica sacra- f. 145 *b.* menta a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque aliquâ pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione, abbatem elegerint.

Prohibemus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi abbate et fratribus fuerit evocatus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed illibata omnia conserventur, eorum pro quorum gubernatione aut sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva nimirum Apostolicæ Sedis auctoritate, et diocesanorum episcoporum canonica justitia. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si vero aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem a præfatis prædecessoribus nostris eidem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam satisfactione congrua correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; a sacratissimo corpore

ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Adrianus, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Lentius, Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius, Sabiensis episcopus, subscripsi.

Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Praxedis, subscripsi.

Ego Manfredus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Sabinæ, subscripsi.

f. 146. Ego Octavianus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Ceciliæ, subscripsi.

Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad Velum Aureum, subscripsi.

Ego Guido, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu, subscripsi.

Ego Rodulfus, diaconus cardinalis Sanctæ Luciæ in Septem Solis, subscripsi.

Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tulliano, subscripsi.

Datum Lat. per manum Rolandi, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiter cardinalis, et cancellarii, ii°. kalend. Januar., indictione v., Incarnationis Dominicæ anno M°.C°.L°.VI°., pontificatus vero domini Adriani [pp.][1] IIII. anno tertio.

---

[1] *papæ* erased and *episcopi* written instead.

§

Privilegium Celestini Tertii concessum domino Roberto abbati.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Roberto abbati Malmesburiæ ejusque successoribus regulariter substituendis. Commissæ nobis Apostolicæ Sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis ejus auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus; quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima et justa desiderantium non est differenda petitio; præsertim eorum locorum quæ beati Petri juris existunt, et ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere noscuntur. Eapropter dilecte in Domino fili R. abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus; et prædecessorum nostrorum felicis memoriæ, Sergii, Innocentii, Eugenii, Anastasii, Adriani, Alexandri, Romanorum pontificum vestigiis inherentes, Malmesburiæ monasterium, quod in honore apostolorum beati Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore beatæ Dei genitricis Mariæ, et Sancti Aldhelmi reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris existit, tutela et proprietate tantum manere, et nullius nisi ipsius ditioni subjacere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:—ecclesiam de Brinkeworþe, capellam de Suttona, capellam de Northona, ecclesiam de Nywenthona, ecclesiam de Litletona, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Piltona; apud Londoniam ecclesiam beati Nicholai, et quandam terram in eadem civitate. Ecclesiam de Culerna, ecclesiam de

Confirmation of privileges by Celestine III., A.D. 1191.

Syptona, ecclesiam de Mynti, terram quæ vocatur Hola, et aliam quæ vocatur Mollande, Norchote, et Parvam Bochalande, Brokenebergam, Cufaldam, cum appenditiis suis, Sutthonam, Eweriggam, Wltonam, Nortonam, Nywentonam, Litletonam super Sabrinam, Lamihangel,
f. 146 b. piscariam quæ vocatur Plumwere, cum silva et terra, Creddewellam, cum omnibus pertinentiis suis, Chemelham, Ewelmam, Cherltonam, Garsdonam, Brinkewrtham, Greteham, Peritonam, Bremelam, Spercellam, Heieweyam, cum omnibus pertinentiis suis, Niwebold, terram de Swyndone, terram de Wynterburna, terram de Chuderintona; apud Wyntoniam terram quam Nigellus dedit ecclesiæ ipsi, et aliam terram de Daniele. Crisma, vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, benedictionem abbatis, et quæcumque vobis ex pontificali ministerio sunt necessaria, a quo malueritis suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit; et ne a quoquam vobis denegentur inhibemus. Vos autem vel monasterium ipsum quod nullo mediante spectat ad nos, nullus anathemati subicere præsumat, nec legatus, nisi a latere nostro missus. Ceterum ecclesiam beati Pauli in atrio monasterii vestri sitam, et ecclesiam Sanctæ Mariæ extra Westeportam de Malmesburia, ad luminaria ecclesiæ vestræ, et ecclesiam de Creddewella, et ecclesiam de Kemela, et ecclesiam de Peritona, et ecclesiam de Bremela, cum omnibus pertinentiis, oblationibus, et obventionibus, ad prædictas ecclesias pertinentibus, ad sustentationem hospitalitatis domus vestræ in proprios usus convertere, cum easdem præscriptas ecclesias vacare contigerit, [1] non obstante diocesani episcopi vel Lateranensis consilii prohibitione,[1] ex clementia Sedis Apostolicæ dispensative vobis indulgemus; et memoratas ecclesias auctoritate vobis apostolica confirmamus. Sane

[1] Underlined in MS.

novalium vestrorum, et eorum quæ propriis laboribus et sumptibus excolitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus decimas præsumat exigere. In ecclesiis vero quas, Deo auctore, possidetis, presbiteri per vos eligantur et episcopis præsententur, ut eis quidem de plebis cura, pro rebus vero temporalibus, ad monasterium vestrum pertinentibus, vobis respondeant. Quod si forte facere noluerint subtrahendi eis temporalia, quæ de vobis tenent, liberam habeatis auctoritate apostolica facultatem.

Inhibemus autem eadem auctoritate ut nec tibi nec ulli successorum tuorum decimas de dominio ecclesiæ vestræ liceat in dampnum ejusdem contra morem antiquum alicui persolvere. Quod si aliquatenus factum est, auctoritate beati Petri, qua fungimur, irritum haberi censemus, et vobis de revocatione plenam facultatem, nullius obstante privilegio, indulgemus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres de communi f. 147.
consilio, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione, abbatem eligendum decreverint.

Prohibemus etiam ut nulli episcopo, vel Salesberiensi vel alteri, liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus. Quæstionem vero antiquam, quam Salesberienses episcopi adversus prædecessores tuos, et monasterium tibi commissum, movere consueverunt, elaborantes videlicet ut idem monasterium, quod a prima fundatione sua, a tempore piæ recordationis Sergii papæ, et Ynæ Anglorum regis, sub abbatum exstitit regimine, et nullo mediante Apostolicæ Sedi subjectum, in prioratum converteretur, et ad libitum suum de eo disponerent, omnino sopitam et sepultam esse volumus, nec ultra suscitari decernimus; ab omni jurisdictione Saresberiensium episcoporum, ipsum monasterium Malmesburiæ, et successores tuos, et fratres tibi commissos,

penitus eximentes, ut Apostolicæ Sedi tantum et vicario beati Petri obedientia et subjectio a te et successoribus tuis futuris præbeatur temporibus, nec alicui alteri. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, nec episcopo, fas sit præfatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus, singulis annis, persolvetis. Si vero aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem a prædecessoribus nostris eisdem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetua iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Christi, Redemptoris nostri, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hii fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Celestinus, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Albinus, Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Octavianus, Hostiensis episcopus, subscripsi.

f. 147 *b.* Ego Petrus, Portuensis et Sanctæ Rufinæ episcopus, subscripsi.

Ego Pandolfus, presbiter cardinalis tit. Sanctorum xii. Apostolorum, subscripsi.

Ego Petrus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Ceciliæ, subscripsi.

Ego Jordanis, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Pudentianæ pastoris, subscripsi.

Ego Johannes, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Susannæ, subscripsi.

Ego Johannes, presbiter cardinalis tit. Sancti Stephani in Celio Monte, subscripsi.

Ego Gracianus, diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani, subscripsi.

Ego Giradus, diaconus cardinalis Sancti Adriani, subscripsi.

Ego Cifredus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ inviolatæ, subscripsi.

Ego Johannes, diaconus cardinalis Sancti Theodori, subscripsi.

Ego Nicholaus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmidin, subscripsi.

Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sancti Georgii, subscripsi.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, per manum Egidii, Sancti Nicholai de Carcere, diaconi cardinalis, vicecancellarii agentis, iii. kalend. Septembris, indictione x., Incarnationis Dominicæ anno M°.C°.LXXXXI°., pontificatus vero domini Celestini papæ III. anno primo.

§

Privilegium Anastasii papæ concessum Petro abbati Malmesburiæ.

Confirmation of privileges by Anastasius IV., A.D. 1153.

Anastasius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro, Malmesberiensi abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis. Cum universis catholicæ ecclesiæ filiis debitores ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis propensiori nos convenit caritatis studio imminere quæ

ad Sedem Apostolicam noscuntur specialius pertinere; eapropter, dilecte in Domino fili, Petre abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prædecessorum nostrorum felicis memoriæ, Sergii, Innocentii, et Eugenii, Romanorum pontificum, vestigiis inhærentes, Malmesberiense monasterium, quod in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honorem beatæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ et Sancti Aldhelmi reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris existit, tutela et proprietate tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona, idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hiis propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Sanctæ Mariæ; ecclesiam Sancti Pauli, cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam de Credewella, cum capellis suis; ecclesiam de Chemela, cum capella
f. 148. de Ewelma; ecclesiam de Peritona; ecclesiam de Brinkewrþa; ecclesiam de Bremela, cum omnibus capellis suis; capellam de Suttuna, capellam de Nortuna; ecclesiam de Niwentona; ecclesiam de Litletona; ecclesiam Sanctæ Mariæ de Piltona; apud Londoniam, ecclesiam Sancti Nicholai, et quandam terram in eadem civitate; ecclesiam de Culerna; ecclesiam de Shipetona; ecclesiam de Minti; terram quæ vocatur Hola, et aliam quæ vocatur Mollande et Norchote, et Parvam Bochande; Brokeneberȝa; Cufalda, cum apendiciis suis; Creddewella, cum omnibus pertinentiis suis; Kemela, Ewelma, Cherletona, Garsdona, Brinkewrtha, Greteham, Peritona, Bremela, Spertella, Heiewei, cum omnibus pertinentiis suis; Suttuna, Ewerigga, Wttona, Nortona, Niwentona, Litletona subter Sabrinam, Lamihangel, piscariam quæ

vocatur Plumwere, cum silva et terra; Niwebold; terram de Swindona, terram de Winterburna, terram de Cuderintuna; apud Wintoniam, terram quam Nigellus ecclesiæ vestræ dedit, et aliam terram de Daniele; Eilbirtuna super Sabrinam, cum appendiciis suis. Crisma, vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis et cetera ecclesiastica sacramenta, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia, præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligerent. Prohibemus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus; decernimus ergo ut nulli omnino hominum nec episcopo fas sit præfatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura.

Si vero aliquod scriptum huic privilegio contrarium aliquando apparuerit, eidem privilegio nequaquam prejudicet. f. 148 *b* Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satis-

factione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri, Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Anastasius, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Gregorius, tit. Sancti Kalixti presbiter cardinalis, subscripsi.

Ego Guido, tit. Sancti Crisogoni presbiter cardinalis, subscripsi.

Ego Octavianus, presbiter cardinalis tit. Sanctæ Ceciliæ, subscripsi.

Ego Cencius, presbiter cardinalis tit. Sancti Laurentii in Lucina, subscripsi.

Ego Odo, diaconus cardinalis Sancti Gregorii ad Velum Aureum, subscripsi.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmidin, subscripsi.

Ego Geraudus, diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ inviolatæ, subscripsi.

Datum Lat., per manum Rolandi, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiteri cardinalis et cancellarii, x. kalend. Augusti, indictione i., Incarnationis Dominicæ anno M°.C.LIII., pontificatus vero domini Anastasii IIII. papæ,[1] anno primo.

[1] Erased, as usual, by order of Henry VIII.

§

Privilegium Alexandri papæ, factum conventui Malmesburiæ.

Right of excommunication granted by Alexander III.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis archidiaconis, et aliis ecclesiarum prelatis, in quorum parochiis possessiones ecclesiæ monasterii Sancti Aldhelmi Malmesburiæ consistunt, salutem et apostolicam benedictionem. Quando monasterium ipsum ad jurisdictionem beati Petri ac provisionem nostram specialius noscitur pertinere, tanto nos convenit pro defensione ipsius monasterii magis esse sollicitos, et circa ejus commodum et profectum amplius studiosos. Inde itaque est quod nos indempnitatibus ejusdem monasterii nostri officii debito specialius volentes intendere, abbati et ejus fratribus apostolica auctoritate indulsimus, ut in homines de castello Malmesburiæ, et in ceteros malefactores suos, ubicumque f. 149.
sint, qui bona ejusdem ecclesiæ diripiunt et occultant, si quando ipsis injurias vel molestias intulerint, et legitime moniti suos noluerint corrigere, eis licitum sit excommunicationis et interdicti sententiam promulgare. Quam igitur vos plurimum dedeceret, si statutis et præceptis Apostolicæ Sedis temptaretis temeritate qualibet obviare, universitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, et mandando præcipimus, quatinus sententiam quam prædicti abbas et fratres in prædictos homines dederint, occasione et appellatione remota, in parochiis vestris firmiter observetis, et faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Porro cum de aliis parochianis vestris aliquam coram vobis querimoniam deposuerint, vos ipsi de eis ita plenam et districtam justitiam exhibeatis, quod sollicitudinem vestram debeamus in Domino multipliciter commendare, et prædictum monasterium et jura sua tanto libentius manutenere

conprobemini et servare, quando ad provisionem nostram specialius noscitur pertinere. Si enim aliter, quod non credimus, egeritis, nos ita prædicto monasterio largiente Domino providere curabimus, quod abbatem et fratres ipsius non oportebit ad vos pro justitiæ defectu recurrere.

Datum Anagniæ, xii. kalend. Maii.

§

Privilegium ejusdem Alexandri concessum conventui Malmesburiæ de personis ecclesiarum et revocatione alienatorum.

Right of electing and presenting incumbents, by the same.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati et fratribus de Malmesburia, salutem. Apotolicæ Sedis auctoritate compellimur, et nostri officii debito provocamur, pias filiorum ecclesiæ preces admittere, et eas utili effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, vestris justis postulationibus gratum impartientes assensum, devotioni vestræ, auctoritate apostolica indulgemus, ut liceat vobis in ecclesiis vestris cum vacaverint, clericos eligere et diocesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint episcopus nullius contradictione obstante animarum curam committat, ut ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Præterea possessiones monasterii vestri aut ecclesiarum vestrarum illicite alienatas, liceat vobis de communi consilio legitime revocare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Ferentini, xii. kalend. Julii.

§

Privilegium ejusdem de personis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Malmesburiensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Congruam officii nostri actionem prosequimur cum viris religiosis apostolicæ tuitionis imperpetuum præsidium et jura sua integra et illibata servamus. Hac itaque ratione inducti auctoritate vobis apostolica indulgemus, ut in parochialibus ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis personas eligere, et diocesano episcopo præsentare. Quibus si idoneæ fuerint episcopus animarum curam committat, ut illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Of the same.

f. 149 *b*.

Datum Vestæ, iiii. kalend. Marcii.

§

De ecclesiis de Westeport et Puritona.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Malmesberiensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Westeport, et ecclesiam de Perituna, altera quarum ad paranda luminaria coram altari Sancti Aldhelmi die ac nocte, et altera ad commemorationem faciendam Beatæ Mariæ Virginis singulis ebdomadis rationabiliter deputata est, sicut eas pacifice possidetis, vobis et monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Sane vestrorum quæ propriis

Right of impropriating certain churches to the use of the monastery, by the same.

manibus aut sumptibus excolitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas præsumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Vestæ, ii. idus Februarii.

§

De monasterio dedicando.

Dispute between the abbey and the bishop of Salisbury.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Londoniensi et Wygorniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut ex rescriptis privilegiorum quorumdam prædecessorum nostrorum intelleximus, monasterium Malmesburiense ad jus et proprietatem beati Petri et nostram specialiter pertineat, Salisburiensis episcopus idem sibi monasterium vendicat, pro eo quod in episcopatu suo est constitutum, unde, quia sic volumus jura Romanæ ecclesiæ conservare, ut nemini in jure suo injuriam videamur inferre, fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus utraque parte ante vos convocata, privilegia prælibati monasterii, et ipsius episcopi, diligenter et fideliter inspiciatis; et si ex tenore privilegiorum ipsius monasterii, vel alio modo legitime vobis constiterit, quod idem monasterium nullo mediante ad jurisdictionem beati Petri et nostram pertineat, episcopo ex parte nostra districtius prohibeatis ne quicquam in prælibato monasterio sibi temere usurpare præsumat, nec abbatem vel fratres ejus aut jura ipsorum indebite audet perturbare; sed idem cum ex eodem requisitus fuerit, gratis et absque ulla pravitate, absque exactione obedientiæ dedicet, alioquin vos prælibatum monasterium auctoritate nostra, remoto appellationis obstaculo, dedicetis. Datum Vestæ, iii. idus Februarii.

f. 150.

§

Exoniensi episcopo et abbati de Forda.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Exoniensi episcopo, et dilecto filio abbati Fordensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum nostrorum, abbatis et fratrum monasterii Malmesberiensis, quod nobis censuale esse dinoscitur, ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod venerabilis frater noster, J. Saresbiriensis episcopus, eos multipliciter inquietare non cessat, exigens ab eis obedientiam et subjectionem, cum idem monasterium per privilegia Romanæ ecclesiæ ab ejus jurisdictione dicatur exemptum. Quia vero sustinere volumus nec debemus, ut memoratus episcopus præscripto monasterio, quod nobis censuale est, molestiam inferat vel gravamen, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus privilegia præscripti monasterii vobis præsentari faciatis, et si inveneritis quod idem monasterium sit exemptum a jurisdictione præfati episcopi, eidem episcopo ex nostra parte districtius inhibeatis, ne abbati et fratribus præscripti monasterii, per se, vel per alios, molestiam inferat vel gravamen, litteris nostris non obstantibus, si quæ sunt ab adversa parte exinde impetratæ. Sed potius præfatum monasterium nobis censuale pro reverentia Beati Petri et nostra protegat, manuteneat, et ab incursibus malignantium studiose defendat, ita quod exinde a Deo præmium, et a nobis debeat uberes gratias exspectare. Touching the same.

Datum Ferentini, xi. kalend. Junii.

§

De benedictione abbatis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Londoniensi et Wygorniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Relatum est Of the same.

[1] Note at the bottom of folio 150.—*In isto privilegio fit mentio cui debitur census.*

auribus nostris quod cum monasterium Malmesburiense ad jurisdictionem beati Petri et nostram specialiter pertineat, et fratres ejusdem monasterii, venerabilem fratrem nostrum Salesbiriensem episcopum reverenter et humiliter requisissent, ut R. tunc electum suum benediceret in abbatem, ei noluit benedictionis munus impendere, nisi et obedientiam contra libertatem sui monasterii promitteret, et alia faceret quæ videbantur Apostolicæ Sedis privilegio contraire; unde quoniam
f. 150 *b.* rei veritas nobis non constat, et nostri interest jura Romanæ ecclesiæ speciali diligentia conservare, fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus si vobis ita constiterit, quia idem R. se fecit ab alio benedici, privilegio Romanæ ecclesiæ munitus, ipsum vel episcopum, qui eum benedixit, a prædicto Salesbiriensi, non permittatis aliqua propter hoc questione pulsari, sed utrumque potius ab ejus impetitione appellatione cessante penitus absolvatis; salvo imposterum jure et consuetudine Salesbiriensis ecclesiæ. Præterea volumus ut ipsorum privilegiorum continentiam nobis sub sigillis vestris fideliter conscriptam mittatis, et censum, qui de eodem monasterio beato Petro debetur, abbati Sancti Germani Parisiensis faciatis integre assignari, et nobis ad ipsum vestris litteris intimare non differatis. Si autem uterque vestrum hiis exequendis aliquo casu interesse non poterit aut noluerit, alter nihilominus, adhibitis sibi viris prudentibus et honestis, quæ prædicta sunt diligentius exequatur.

Datum Ferentini, xi. kl. Januarii.

§

De ecclesia de Colerne.

Papal mandate for settling the dispute with the incumbent of Colerne.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Londoniensi episcopo, et dilecto filio abbati de Eversham, salutem et apostolicam benedictionem. Querelam abbatis et fratrum Malmesburiæ ad audien-

tiam nostram noveritis pervenisse, quod Osbertus clericus ecclesiam de Culerne, quæ eis hostilitatis tempore ablata fuerat, injuste detinere contendit. Volentes itaque juri prædictorum fratrum, prout debemus, attenta sollicitudine providere, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus memoratum clericum monere curetis, et ecclesiastica si necesse fuerit districtione compellere, ut præfatam ecclesiam prædicto abbati et fratribus sine difficultate restituat, et in pace dimittat, aut ipsis exinde sub examine vestro, contradictione et appellatione remota, plenam justiciam et sufficientem exhibeat. Si vero causam intrare maluerit, vos eandem causam diligentius audiatis, et litteris aliis si quæ a nobis super hoc impetratæ sunt, nullum juri et veritati præjudicium facientibus, mediante justicia terminetis. Porro hiis exequendis [si] uterque vestrum interesse non poterit, alter, viris discretis et honestis sibi adhibitis, ea nihilominus exequatur.

Datum apud montem Garganum, non. Februarii.

§

De ecclesia de Dauntescye.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Londoniensi episcopo, et dilecto filio abbati de Eversham, salutem et apostolicam benedictionem. Ex conquestione abbatis et fratrum Malmesburiensis auribus nostris innotuit quod Christophorus clericus ecclesiam de Danteseia, quæ ad eorum monasterium pertinet, contra justiciam detinet occupatam. Quoniam igitur qui tenemur omnibus religiosis locis in suis justiciis diligenter adesse, jura prædicti monasterii negligere non possumus, nec debemus, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus memoratum clericum monere curetis et ecclesiastica districtione compellere, ut præscriptam ecclesiam præfatis fratribus sine dilatione et difficultate restituat, et

Also with the incumbent of Dantsey.

f. 151.

in pace dimittat, ut ipsis exinde impræsentia vestra, sublato appellationis remedio, justiciæ non differat plenitudinem exhibere.

Datum apud montem Garganum, non. Februarii.

§

De exactione debitorum.

Touching a debt contracted by certain brethren of the abbey.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Londoniensi et Wygorniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquestionem abbatis et fratrum Malmesberiensis monasterii ad nos transmissam, quod mercatores qui curiam nostram frequentant eos requisitione debitorum multipliciter inquietant, asserentes se quibusdam fratribus eorum vicissitudine temporis pecuniam mutuasse, unde quoniam idem abbas et fratres constanter asserunt quod illi de fratribus suis, quos mercatores proponunt pecuniam ab eis mutuo accepisse, nec litteras eorum habuerunt, nec de assensu ipsorum pecuniam mutuo acceperunt, fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus memoratos abbatem et fratres a solutione debitorum, quod prædicti mercatores exigunt, occasione et appellatione remota, nostra freti auctoritate penitus absolvatis, si legitime vobis constiterit eosdem mercatores sine assensu abbatis et capituli, vel majorum et sanioris partis, alicui de fratribus ipsius monasterii pecuniam mutuasse.

Datum Vestæ, v. kl. Martii.

§

De quinque ecclesiis.

Right of impropriating certain churches, A.D. 1191.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Malmesburiensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum,

et vota quæ a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam beati Pauli in atrio monasterii vestri sitam, et ecclesiam beatæ Mariæ extra Westeportam de Malmesburia, ad luminaria ecclesiæ vestræ; ecclesiam de Credewella, et ecclesiam de Kemela, et ecclesiam de Perituna, et ecclesiam de Bremela, cum omnibus pertinentiis, oblationibus, et obventionibus, ad ecclesias prædictas pertinentibus, ad sustentationem hospitalitatis domus vestræ, ad proprios usus convertere, vel ad libitum vestrum pensiones earundem aug- f. 151 *b.*
mentare, cum easdem præscriptas ecclesias vacare contigerit, non obstante diocesani episcopi vel Lateranensis concilii prohibitione, ex clementia Sedis Apostolicæ dispensative vobis indulgemus, et memoratas ecclesias auctoritate vobis apostolica confirmamus, per vicarios etiam ipsis ecclesiis sive annuos sive perpetuos, ex eadem indulgentia vobis liceat deservire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, v. kl. Septembris, pontificatus nostri anno i°.

§

De ordinatis.

Removing certain irregularities in the presentees of the abbot, A.D. 1191.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis R. abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum in Apostolicæ Sedis simus specula constituti, quamvis per omnia rigide debeamus justiciam exercere, licet nobis aliquando apostolatus exigente officio cum personis religiosis rigore postposito misericorditer dispensare. Cum igitur dilecti in Domino filii quibusdam commonachis vestris, qui

tempore N. quondam abbatis, cujus tu, R., locum supples, et vicem geris, pro ætate et discretione minus idonei ad ordines subdiaconatus et diaconatus, tempore non congruo, in crastino Natalis Domini, per manuum ignoti episcopi impositionem accessissent, suscepti ordinis non permitteretur amministratio, et ne ad majores accederent obstaret prohibitio: Nos de eorum emendatione sperantes, et potius fuisse peccatum ordinationis quam ordinatorum attendentes, de plena Sedis Apostolicæ benignitate, concedimus et indulgemus, ut eis liceat in susceptis ordinibus ministrare, et ad majores juxta statuta ecclesiæ promoveri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis et indulgentiæ infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Ominpotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, xiii. kl. Junii, pontificatus nostri anno i^{o}.

§

De monachis suscipiendis.

Against admitting illiterate monks, A.D. 1216.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod quandoque damni timore, quandoque spe lucri, et interdum interveniente pecunia, in monasterio vestro pravi et alii fere inlitterati in monachos sunt recepti, per quos in eo et scandalum et malignandi materia sæpius generatur. Cum igitur ex injuncto nobis apostolatus officio, de regno Dei colligere scandala teneamur, auctoritate vobis præsentium districtius inhibemus ne hujusmodi pravos et inlitteratos in monachos de cetero taliter admittatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem

f. 152.

Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Lateran., v. idus Martii, pontificatus nostri anno nono decimo.

§

Confirmatio cartarum.

Confirmation of privileges by Innocent III., A.D. 1216.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras, et monasterium in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostri protectione suscipimus. Specialiter autem privilegia, beneficia, protectiones, et confirmationes, a felicis recordationis, Sergio, Eugenio, Innocentio, Alexandro, prædecessoribus nostris, monasterio vestro indultas, necnon immunitates et libertates a regibus, episcopis, et aliis fidelibus Angliæ, concessas eidem, sicut in eorum privilegiis, et scriptis, et autenticis, continetur, et vos ea juste ac pacifice obtinetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Lateran, xiiii. kl. Aprilis, pontificatus nostri anno nono decimo.

§

Conventio facta inter abbatem et episcopum et capitulum Sarum.

Agreement between the abbey and the bishop of Salisbury confirmed by Honorius III., A.D. 1222.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane ex parte vestra fuit coram nobis propositum, quod inter vos ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum episcopum et capitulum Saresberiensem ex altera, super procurationibus et aliis quæ idem episcopus diocesana lege ad se pertinere dicebat, coram de Waverleia et de Forde abba-
f. 152 *b*. tibus, Wintoniensis et Cycestrensis diocesum, auctoritate nostra quæstio verteretur, demum mediantibus ipsis judicibus amicabilis inter vos compositio intervenit, quam petiistis apostolico munimine roborari.

Nos ergo vestris postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem eandem, sicut sine pravitate provide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus pacifice observata, ac in litteris prædictorum episcopi et capituli continetur, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Anagniæ, viii. idus Martii, pontificatus nostri anno sexto.

§

De Wynierd.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Cum autem, sicut vobis insinuantibus intelleximus, de novo acquisietis quasdam terras, quæ Wynierd et Lacumgire dicuntur, ad hoc sacristiæ vestri monasterii deputatis, ut ejus proventus in reparationem ipsius monasterii vestri cedant, nos vestris justis precibus inclinati, quod super hoc a vobis provide ac utiliter factum est, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Confirmation by the same of the appropriation of Winyard, &c., A.D. 1221.

Datum Lateran., iiii. kl. Aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

§

De libertatibus.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, villam de Malmesburiæ cum ceteris libertatibus, consuetudinibus, et aliis pertinentiis suis, et locum in quo fuit situm castrum Malmesburiæ, et alia vobis a claræ memoriæ, J. rege Angliæ, ac uxore

Confirmation by the same of grants made by king John, A.D. 1217.

f. 153. ipsius, pia liberalitate collata; sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, et in autenticis confectis exinde continetur, vobis et per vos monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, v. idus Maii, pontificatus nostri anno secundo.

§

De Scirmore.

Licence to appropriate Shyremore, A.D. 1525.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suæ protectionis munimine confovere, Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis probante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terram, quæ dicitur Scirmore, ad reparanda sacra tecta, et facienda ornamenta vestri monasterii deputatam, ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste, canonice, ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare

præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Reat., xv. kl. Octobris, pontificatus nostri anno decimo.

§

De decimis non solvendis.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Malmesburiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, vobis de consueta clementia et benignitate Sedis Apostolicæ indulgemus, ut de novalibus quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nulli decimas vel primicias solvere teneamini. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Exemption from tithes.

f. 153 *b*.

Datum Anagniæ, vi. nonas Julii.

§

Super pace habenda de castellanis.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus J. Cantuariensi archiepiscopo, Apostolicæ Sedis legato, Jo. Saresbiriensi, J. Wygorniensi, R. Lincolniensi, et R. Bathoniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilia et Deo dicata loca nullis debent perturbationibus concuti, nullis

Against the constables of Malmesbury molesting the abbey.

molestiis seu oppressionibus fatigari. Pervenit ad aures nostras quod castellani qui circa Malmesburiæ monasterium commorantur dilectos filios nostros, P. abbatem, et fratres ipsius loci, multis exactionibus et multimodis vexationum molestiis, inquietent. Quia ergo idem monasterium juris beati Petri est, et sub Apostolicæ Sedis patrocinio et defensione consistens, in sua justitia deesse non possumus nec debemus, per præsentia vobis scripta mandamus, quatinus castellanos ipsos qui locum ipsum opprimere et vexare noscuntur, districtius moneatis, ut ab infestatione ipsius monasterii omnino abstineant, et eum in pace dimittant. Quod si vestris monitis obtemperare neglexerint, districtam de ipsis justitiam faciatis.

Datum Ferentini, iii. kl. Aprilis.

§

Super exemptione ecclesiæ Malmesburiæ.

Exemption of the abbey by Pope Celestine.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Roberto abbati Malmesburiæ, ejusque successoribus regulariter substituendis. Commissæ nobis Apostolicæ Sedis auctoritas nos hortatur ut locis et personis ejus auxilium, devotione debita implorantibus tuitionis præsidium, impendere debeamus. Quia sicut injusta petentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima et justa desiderantium non est differenda petitio; præsertim eorum locorum quæ beati Petri juris existunt, et ad Romanam specialiter ecclesiam pertinere noscuntur. Eapropter, dilecte in Domino fili R. abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus et prædecessorum nostrorum felicis memoriæ. Sergii, Innocentii, Eugenii, Anastasii, Adriani, Alexandri, Romanorum pontificum vestigiis inheræntes, Malmesburiæ monasterium quod in honore apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ et Sancti Aldhelmi reædificatum esse dinoscitur; sub ejusdem apostolorum prin-

cipis et sanctæ Romanæ ecclesiæ cujus juris existit tutela et proprietate, tantum manere, et nullius nisi ipsius ditioni subjacere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus: statuentes ut quascumque f. 154; possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis ducimus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Brinkewrtha, capellam de Suttona, capellam de Northona, ecclesiam de Niwenthona, ecclesiam de Litlethona, ecclesiam Sanctæ Mariæ de Piltona; apud Londoniam, ecclesiam Sancti Nicholai, et quandam terram in eadem civitate; ecclesiam de Culerna, ecclesiam de Syptona, ecclesiam de Minti, terram quæ vocatur Hola, et aliam quæ vocatur Mollande, et Norchote et Parvam Bochlande, Brokeneberȝam, Cufaldam cum apendiciis suis, Suttonam, Eweriggam, Wtthonam, Northonam, Niwentonam, Litletonam super Sabrinam, Lamihangel, piscariam quæ vocatur Plumwere, cum silva et terra, Credewellam cum omnibus pertinentiis suis; Kemelam, Ewlmam, Cherletonam, Garsdonam, Brinkewrtham, Greteham, Peritonam, Bremelam, Speercellam, Heiweiam cum omnibus pertinentiis suis, Nywebold, terram de Swindone, terram de Wynterburna, terram de Kuderintona; apud Wyntoniam, terram quam Nigellus dedit ecclesiæ ipsi, et aliam terram de Daniele.

Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, benedictionem abbatis, et quæcumque vobis ex pontificali ministerio sunt necessaria, a quo malueritis suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, et ne a quoquam vobis denegentur inhibemus. Vos autem vel monasterium ipsum, quod nullo mediante spectat ad nos, nullus episcoporum

anathemati subicere præsumat, nec legatus, nisi a latere nostro missus. Ceterum ecclesiam beati Pauli in atrio monasterii vestri sitam, et ecclesiam Sanctæ Mariæ extra Westportam de Malmesburia, ad luminaria ecclesiæ vestræ; et ecclesiam de Credewella, et ecclesiam de Kemela, et ecclesiam de Peritona, et ecclesiam de Bremela, cum omnibus pertinentiis, oblationibus, et obventionibus ad prædictas ecclesias pertinentibus, ad sustentationem hospitalitatis domus vestræ in proprios usus convertere, cum easdem præscriptas ecclesias vacare contigerit, non obstante diocesani episcopi vel Lateranensis Concilii
f. 154 *b.* prohibitione, ex clementia Sedis Apostolicæ dispensative vobis indulgemus; et memoratas ecclesias auctoritate vobis apostolica confirmamus.

Sane novalium vestrorum et eorum quæ propriis laboribus et sumptibus excolitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullas decimas præsumat exigere. In ecclesiis vero quas Deo auctore possidetis, presbiteri per vos eligantur, et episcopis præsententur, ut eis quidem de plebis cura, pro rebus vero temporalibus, ad monasterium vestrum pertinentibus, vobis redeant. Quod si forte facere noluerint, subtrahendi eis temporalia quæ de vobis tenent, liberam habeatis auctoritate apostolica facultatem. Inhibemus autem eadem auctoritate, ut nec tibi nec ulli successorum tuorum decimas de dominio ecclesiæ vestræ liceat in dampnum ejusdem, contra morem antiquum, alicui personæ dono conferre. Quod si aliquatenus factum est, auctoritate beati Petri, qua fungimur, irritum brevi censemus, et vobis de revocatione plenam facultatem, nullius obstante privilegio, indulgemus. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres de communi consilio, vel pars concilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione, abbatem eligendum decreverint. Prohibemus etiam ut nulli episcopo,

vel Salesberiensi vel alteri, liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus; quæstionem vero antiquam quam Saresberienses episcopi adversus prædecessores tuos et monasterium tibi commissum movere consueverunt, elaborantes videlicet ut idem monasterium, quod a prima fundatione sua, a tempore piæ recordationis Sergii papæ, et Ynæ, Anglorum regis, sub abbatum exstitit regimine, et nullo mediante Apostolicæ Sedi subjectum, in prioratum converteretur, et ad libitum suum de eo disponeret, omnino sopitam et sepultam esse volumus, nec ultra suscitari decernimus; ab omni jurisdictione Saresberiensium episcoporum ipsum monasterium Malmesburiæ, et te, et successores tuos, et fratres tibi commissos, penitus eximentes, ut Apostolicæ Sedis tantum et vicario beati Petri obedientia et subjectio, a te et successoribus tuis futuris præstetur temporibus, nec alicui alteri.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum nec episcopo fas sit præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque suc- f. 155.
cessoribus, singulis annis, persolvetis. Si vero aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem a prædecessoribus nostris eidem monasterio concessam, et a nobis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat; et a sacratissimo cor-

pore ac sanguine Christi Redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

De cognitione cujusdam causæ inter abbatem Malmesburiæ et magistrum Johannem, rectorem ecclesiæ de Creddewelle.

Determination of the suit between the Abbey and the Rector of Creddewelle.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, prior de Bradenestok, archidiaconus Bathon. et decanus Cyrencestre salutem. Mandatum cancellarii Sancti Pauli Londoniæ, et magistrorum W. et W. de Sanctæ Mariæ ecclesia et de Purle, suscepimus, in hæc verba : Viris venerabilibus, priori de Bradenstok, archidiacono Bathon. et decano de Cyrencestre, cancellarius Sancti Pauli Londoniæ, et magistri W. et. W. de Sanctæ Mariæ ecclesia et de Purle, salutem. Mandatum domini papæ in hæc verba suscepimus : Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, cancellario, magistris Willelmo de Purle et Willelmo de Sanctæ Mariæ ecclesia canonicis, Londoniæ, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius magister Johannes, persona ecclesiæ de Creddewelle, clericus dilecti filii nostri J. titulo Sanctæ Praxedis presbiteri cardinalis, exposuit coram nobis, quod orta olim inter abbatem et conventum monasterii de Malmesburia, Sarum diocesis, ejusdem ecclesiæ patronos ex parte una, et episcopum et capitulum Sarum ex altera, super exemptione monasterii quæstione ac aliquandiu coram judicibus delegatis a Sede Apostolica ventilata, ex compositione tandem inita inter partes, idem abbas et conventus prædictis episcopo et capitulo, pro eo quod eidem quæstioni cesserunt, in bonis ipsius monasterii certos redditus assignarunt ; pro-

cedente vero tempore præfati abbas et conventus ex assignatione dictorum reddituum se graviter læsos esse conquerentes, in recompensationem eorundem reddituum quasdam decimas ecclesiæ supradictæ, ab eisdem episcopo et capitulo sibi obtinuere concedi, ut post obitum personæ, tunc eidem ecclesiæ præsidentis, adipiscendi possessionem earum haberent liberam facultatem. Sicque dicti abbas et conventus occasione concessionis hujusmodi decimas ipsas temere occupare contendunt. Quare f. 155 *b*.
nobis magister Johannes humiliter supplicavit ut indempnitati ejusdem ecclesiæ, tam super eisdem decimis, quam super aliis quæ de bonis ipsius alienata sunt illicite ac distracta, providere misericorditer dignaremur. Nolentes igitur eidem in suo jure deesse, cui favorabiliter adesse tenemur, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint vocandi, et inquisita super hiis diligentius veritate, ea quæ in ipsius ecclesiæ præjudicium inveneritis temere attemptata, in irritum revocantes, quod canonicum fuerit appellatione remota statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Lateran. idibus Martii, pontificatus nostri anno iii.

Hujusmodi igitur auctoritate mandati vobis mandamus, quatinus de dicta causa cognoscatis, vices nostras ad totam causam committentes, eo quod variis et aliis arduis negotiis detenti, cognitioni dictæ causæ interesse non possumus, ratum et gratum habituri quicquid in dicta causa coram vobis actum fuerit. Idem partibus signamus.

Hujusmodi igitur auctoritati mandati partibus coram nobis comparentibus, dictus J. rector ecclesiæ de Crede-

welle nomine ecclesiæ ejusdem in hunc modum suam fundavit intentionem. Petit a vobis decimas garbarum in villa de Credewelle, et in villa de Estcote, et in Westcredewelle, et in Cholewrthe, et in Morcote; quas decimas injuste percipitis, eo quod de jure pertinent ad ecclesiam suam de Credewelle; in quarum possessione fuit dicta ecclesia ab antiquo, et intendit possessorium et petitorium. Item petit a vobis decimas novem hidarum, quas hidas tenetis in dominico, quæ de jure pertinent ad prædictam ecclesiam; et in quarum possessione fuit eadem ecclesia ab antiquo. Super hiis etiam intendens possessorium et petitorium. Item petit a vobis decimas feni de toto dominico vestro, in parochia de Credewelle, quas dicit de jure ad ecclesiam suam pertinere, super hiis intendens petitorium.

Item petit decimas de Brech pertinentes ad dictam ecclesiam de jure, eo quod sitæ sunt inter limites parochiæ suæ; super hiis similiter intendens petitorium. Petit etiam obventiones et oblationes in capella Sancti Laurencii, sita in curia vestra de Credewelle, ad ecclesiam suam de jure pertinentes, in quarum possessione fuit ecclesia multo tempore, et intendit possessorium et petitorium. Dicit etiam quod dicti abbas et conventus
f. 156. spoliaverunt ecclesiam suam de secundo meliori averio omnium decedentium parochianorum suorum, ad quæ etiam petit restitui.

Dictorum vero abbatis et conventus procurator litem contestando reddit, quod decimas garbarum in villa de Credewelle et in villa de Estcote, et in Westcredewelle, et in Chollewrthe, et in Morcote injuste non percipiunt, quia eas percipiunt ex concessione et donatione venerabilis patris R. Sarum episcopi, qui easdem contulit monasterio de Malmesburia, et monachis ibidem Deo servientibus, cum assensu et voluntate totius capituli Sarum, ad augmentum hospitalitatis; et nomine perpetui beneficii futuris et perpetuis temporibus concessit possidendas. Quarum collationem et

concessionem monasterio de Malmesburia dixit procurator esse confirmatam a venerabilibus patribus felicis, recordationis, Innocentio, Eugenio, Anastasio, Adriano et Alexandro; in quorum priveligiis, monasterio de Malmesburia indultis, hæc clausula continetur:—Statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice, possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.—Nos igitur admissis utriusque partis probationibus, auditis confessionibus et disputationibus, examinata etiam tam carta episcopi et capituli, super collatione facta, quam privilegiis venerabilium patrum nostrorum Romanorum pontificum supra enumeratorum, dictos abbatem et conventum ab impetitione dicti J. rectoris ecclesiæ de Credewelle, super dictis decimis perpetuum eidem et omnibus successoribus suis imponendo silentium, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti senialiter absolvimus. Ad tres etiam articulos hunc sequentes in editione litem contestando, reddit dictus procurator, quod injuste petit dictus J. rector, decimas novem hidarum quas abbas et conventus tenent in dominico, in villa de Credewelle, et etiam decimas feni de dominico suo. Injuste etiam petit decimas novalium suorum, cum sit monasterio de Malmesburia indultum a Sede Apostolica, ut nec de dominico, nec de hiis quæ propriis sumptibus excolunt, vel de novalibus eorum, decimas persolvant. Nos igitur hiis inspectis privilegiis eosdem immunes a præstatione decimarum prædictarum esse perpendimus, unde eosdem a præstatione earumdem decimarum senialiter absolvimus, perpetuum eidem et successoribus suis auctoritate apostolica qua fungimur imponendo silentium. Item cum peteret dictus J. rector, nomine ecclesiæ de Credewelle, a dictis abbate et conventu unam virgatam terræ ad ecclesiam de Credewelle

f. 156 *b*. pertinentem, in cujus possessione extiterat aliquo tempore dicta ecclesia ut dixit: Peteret etiam obventiones et oblationes in capella Sancti Laurencii de Credewelle, ad ecclesiam de Credewelle de jure pertinentes ut dixit: Peteret etiam secundum melius averium omnium decedentium parochianorum de Credewelle, in cujus etiam possessione extiterat aliquo tempore dicta ecclesia ut dixit: Lite super hiis omnibus contestata, testibus utriusque partis prædictis, et examinatis publicatis attestationibus, auditis concessionibus et disputationibus, perpendimus eundem in probatione intentionis suæ defecisse, unum Dominum habentes præ oculis, eosdem ab impetitione sua, et successorum suorum, super hiis omnibus perpetuum imponendo silentium, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti senialiter absolvimus. Decernimus etiam sæpedictum J. de Abendone esse rectorem ecclesiæ de Credewelle; cujus ecclesiæ personatum eidem J., secundum quod in carta venerabilis patris R. quondam Sarum episcopi, [et] ejusdem loci capituli, auctoritate apostolica qua fungimur confirmamus. Ut autem hæc omnia rata et inconcussa permaneant sigillorum nostrorum appensionibus ea communimus.

Testibus nobis ipsis apud ecclesiam de Cristemeleford, anno gratiæ MCCXXXI.

§

De sententia auctoritate apostolica confirmata.

Papal confirmation of the same.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Malmesburiæ, Salesberiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea quæ judicio vel concordia terminantur firma debent et illibata persistere, et ne in recidivæ contentionis scrupulum relabantur apostolico convenit præsidio communiri. Vobis sane signantibus intelleximus, quod

cum inter vos ex parte una, et J. rectorem ecclesiæ de Credewelle Saresberiensis diocesis ex altera, coram cancellario Londoniæ et suis conjudicibus super quibusdam decimis auctoritate apostolica quomodo verteretur, eis tandem committentibus priori de Bradenestock et ejus collegis totaliter vices suas, idem pro vobis diffinitivam sententiam cognitis causæ meritis promulgarunt; nos ergo vestris justis precibus inclinati, sententiam ipsam, sicut est justa, nec legitima provocatione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostslorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Viterbii, viii. kl. Martii, pontificatus nostri anno ix.

Cap. LXV.

Obligatio episcopi Sarum super pace observanda.

Obligation of the bishop of Salisbury to observe it.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus divina permissione Saresberiensis episcopus et ejusdem loci capitulum, salutem in Domino. Scire volumus universos nos hac præsenti carta nostra obligasse nos et successores nostros, abbati et conventui de Malmesburia, quod si provisio pro bono pacis perpetuæ formata et confirmata inter nos ex una parte, et Walterum abbatem et conventum Malmesburiæ ex alia, ab Adam et Jordano de Waverleie et de Dereford abbatibus, judicibus nostris a Sede Apostolica delegatis, sicut in eorum autentico continetur, a domino papa vel a nobis, quod absit, vel a successoribus nostris casu aliquo fuerit irrita, manerium de Heiweie cum jure patronatus ecclesiæ de Broemel, et cartam f. 157.

super donatione dicti manerii et juris patronatus prædictæ ecclesiæ confectam et traditam, et cartam provisionis judicum monasterio Malmesburiæ sine difficultate, fraude vel malo ingenio, cum tota integritate sua reddemus, salvis nobis et successoribus nostris fructibus medio tempore perceptis, dum tamen cartam quam eis super libertatibus et dignitatibus confecimus et tradidimus, nobis prius sine difficultate restituat. Et ut hæc nostra obligatio præsenti scripto firmata futuris temporibus firma permaneat, præsens scriptum sigillorum nostrorum appositione corroboravimus.

Cap. LXVI.

Ordinatio de manerio de Heyweye et jure patronatus ecclesiæ de Bremel.

Arrangement touching the manor of Highway and the patronage of the church of Bremel.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Adam et Jordanus, de Waverleye et de Dereford abbates, salutem in Domino. Scire volumus universos nos de communi partium assensu et voluntate, scilicet venerabilis patris Ricardi Saresberiensis episcopi et procuratoris capituli ejusdem loci, magistri Abraham thesaurarii Sarum ex una parte, et Johannis Walensis procuratoris abbatis et conventus de Malmesburia ex alia; ad componendum datorum providisse, auctoritate domini papæ Honorii tertii, qua fungimur, quod instrumenta episcopi et capituli Sarum, scilicet carta regis Henrici primi et confirmatio domini papæ Honorii Secundi, et si aliquod aliud habeant speciale instrumentum, super subjectione monasterii Malmesburiæ, in ecclesia de Cyrencestria custodienda disponantur. Si vero dominus papa hanc provisionem nostram judicialem approbaverit et confirmaverit, dicta instrumenta monasterio Malmesburiæ sine difficultate reddantur. Si autem dicta provisio sine confirmatione domini papæ stare possit, in dicto monasterio perpetuo custodiantur, ut si ea ali-

quo casu a domino papa vel ab alio fuerit irrita, dicta instrumenta ecclesiæ Sarum sine difficultate restituantur. Et si forte aliquo casu deperdita fuerint vel consumpta, et provisio prædicta, quod absit, irrita vel controversia ex parte abbatis et conventus de Malmesburia fuerit suscitata, tunc eorum exemplata, quæ penes f. 157 *b.* nos retinemus, ecclesia Sarum ad sui defensionem, vel pro juris sui tuitione, libere et sine calumpnia recipiat, nullo hiis casibus prædictis præjudicio imminente monasterio Malmesburiæ, quin manerium de Heiweye et jus patronatus ecclesiæ de Bremel, et cartæ super eisdem, episcopo et ecclesiæ Sarum confectæ, dicto monasterio reddantur; partibus in hoc convenientibus, et nobis id ipsum approbantibus, et protestantibus, propter casus fortuitos, quod prædicta exempla sive exemplata signis nostris et aliarum autenticarum personarum appensis, omnem eandem vim et auctoritatem habitura; quæ ipsa autentica originalia interim penes nos remaneant fideliter custodienda. In hujus autem rei testimonium has litteras testimoniales confecimus, quibus nos una cum partibus et aliis autenticis personis ad majorem securitatem signa nostra apposuimus.

Cap. LXVII.

Scriptum domini R. episcopi Sarum pro eadem ordinatione.

Attestation of the same by the bishop of Salisbury.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus divina permissione Saresbiriensis ecclesiæ minister humilis, et ejusdem loci capitulum, salutem in Domino. Litteris præsentibus protestamur sigilla dilectorum in Christo Abbatis et conventus de Malmesburia, exemplatis instrumentorum originalium Saresbiriensis ecclesiæ apposita, non quia ea per sigillorum suorum appositionem approbaverint vel confirmaverint, sed solum testimonii gratia ne sit locus inposterum inficiationi,

quin tempore pacis inter ecclesiam Sarum et ecclesiam Malmesburiæ reformatæ talia fuerint instrumenta originalia memorata, quæ penes Cyrecestre deponuntur custodienda, qualia sunt eorumdem originalium exemplata penes Waverleye deposita.

Cap. LXVIII.

Item, de manerio de Heywey, et jure patronatus ecclesiæ de Bremel.

Attestation to the above arrangement by the abbot of Cirencester.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Walterus Dei gratia abbas Cyrecestre, et ejusdem loci conventus salutem. Scire volumus universos nos ad instantiam venerabilis patris nostri Ricardi, Dei gratia Sarum episcopi, et ejusdem loci capituli, necnon et abbatis et conventus de Malmesburia, suscepisse instrumenta originalia Sarum ecclesiæ penes nos deposita, secundum formam cartæ inter eosdem confectæ custodienda, quæ talis est. Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Adam et Jordanus de Waverleye et de Dereford, abbates, salutem in Domino. Scire volumus universos nos de communi partium assensu et voluntate, scilicet venerabilis patris Ricardi Sarum episcopi, et procuratoris capituli ejusdem loci magistri Abraham thesaurarii Sarum ex una parte, et Johannis Walensis procuratoris abbatis et conventus de Malmesburia ex alia; ad componendum datorum providisse, auctoritate domini papæ Honorii tertii qua fungimur, quod instrumenta episcopi et capituli Sarum, scilicet carta
f. 158. regis Henrici primi, et confirmatio domini papæ Honorii secundi, et si aliquod aliud habeant speciale instrumentum, super subjectionem monasterii Malmesburiæ in ecclesia de Cyrencestria custodienda deponantur. Si vero dominus papa hanc provisionem nostram judicialem approbaverit et confirmaverit, dicta instrumenta monasterio Malmesburiæ sine difficultate reddantur.

Si autem dicta provisio sine confirmatione domini papæ stare possit, in dicto monasterio perpetuo custodiantur, ut si ea aliquo casu a domino papa vel ab alio fuerit irrita, dicta instrumenta ecclesiæ Sarum sine difficultate restituantur. Et si forte aliquo casu deperdita fuerint, vel consumpta, et provisio prædicta, quod absit, irrita, vel controversia ex parte abbatis et conventus de Malmesburia fuerit suscitata, tunc eorum exemplata, quæ penes nos retinemus, ecclesia Sarum, ad sui defensionem, pro juris sui tuitione, libere et sine calumpnia recipiat, nullo hiis casibus prædictis præjudicio imminente monasterio Malmesburiæ, quin manerium de Hyweye, et jus patronatus ecclesiæ de Bremel, et cartæ super eisdem, episcopo et ecclesiæ Sarum confectæ, dicto monasterio reddantur.; partibus in hoc convenientibus et nobis id ipsum approbantibus et protestantibus, propter casus fortuitos, quod prædicta exempla, sive exemplata, signis nostris et aliarum autenticarum personarum appensis, omnem eandem vim et auctoritatem habitura; quæ ipsa autentica originalia interim penes nos remaneant fideliter custodienda. In hujus autem rei testimonium has litteras testimoniales confecimus; quibus nos una cum partibus, et aliis autenticis personis, ad majorem securitatem signa nostra apposuimus. Et ne ista nostra susceptio ex provisione judicum præscriptorum, sub prædicta forma facta, aliquibus inposterum veniat indubium, hoc præsenti scripto duximus testificandum. Talem cartam alteri parti dedimus.

Cap. LXIX.

Scriptum domini R. Sarum episcopi super confirmatione privilegiorum abbatiæ Malmesburiæ.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsens scriptum inspecturis vel audituris, Ricardus divina per- Acknowledgment by the

bishop of Salisbury of the exemption of the abbey from episcopal jurisdiction.

missione episcopus Saresbiriensis, et ejusdem loci capitulum, salutem in Domino. Cum ea quæ ad honorem Dei, pacem et tranquillitatem sanctæ geruntur ecclesiæ, justum sit firma consistere, et suis radicibus firma et inconvulsa permanere; universitati vestræ notum facimus quod cum inter nos ex una parte, et Walterum abbatem et conventum Malmesburiæ monasterii ex alia, coram Adam et Jordano, de Waverleye et de Dereford abbatibus, judicibus delegatis auctoritate litterarum domini papæ Honorii tertii, super subjectione dicti monasterii, tam in temporalibus quam in
f. 158 *b*. spiritualibus, sicut in dictorum judicum autentico continetur, quæstio verteretur, post plures altercationes, ad ammonitionem judicum qui monitionem et mandatum venerabilis patris Pandulfi, Northwycensis electi, Apostolicæ Sedis legati, necnon et illustris Anglorum regis Henrici, filii regis Johannis, super pace reformanda inter partes receperunt, quorum monitionibus obtemperantes, et pacem quantum in nobis est cum omnibus habere cupientes, cum omnibus dictis abbate et conventu de provisione judicum, super prædictis pacem inivimus, concedentes eis, quantum in nobis est, quod monasterium Malmesburiæ ab omni subjectione nostra, et successorum nostrorum, tam in temporalibus quam in spiritualibus infra ambitum cimiterii et dicti monasterii sit, sicut nobis constat esse exemptum per inspectionem privilegiorum suorum, Romanorum videlicet pontificum, Sergii, Innocentii secundi, Alexandri tertii; in quibus ista continentur, quod monasterium Malmesburiæ, quod in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honore beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ et Sancti Aldhelmi re-edificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris existit, tutela et proprietate, tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus; crisma etiam, oleum sanctum, consecrationes

altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum qui ad sacros ordines sunt promovendi, benedictionem abbatis, et cetera ecclesiastica sacramenta, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Prohibemus etiam ut nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus. Continetur etiam privilegiis eorundem, quod si aliquod scriptum, vel privilegium, contra hanc libertatem a Sergio, Innocentio secundo, et Alexandro tertio, monasterio memorato concessam, et ab eis confirmatam, aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica perceptæ libertatis, unciam auri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Concedimus etiam et nos, quantum in nobis est, quod præfatis libertatibus et dignitatibus gaudeant abbas et conventus dicti monasterii, quiete et pacifice, libere ab omni molestia et impetitione a nobis, vel a successoribus nostris, eisdem inferendis, non obstantibus privilegiis f. 159.
seu confirmationibus quorumcumque sive Romanorum pontificum, sive regum, sive aliorum, Saresbiriensi ecclesiæ seu episcopo, vel ejusdem loci capitulo, concessis seu collatis, in quibus mentio habeatur de monasterio vel abbatia Malmesburiæ, quæ ad læsionem seu præjudicium prædictarum libertatem vel dignitatum possent retorqueri. Salvæ autem sint nobis et successoribus nostris per Saresbiriensem diocesim in omnibus ad dictum monasterium pertinentibus, extra ambitum monasterii et cimiterii Malmesburiæ, lex et jurisdictio diocesana. Ne igitur illa vetus querela, illa antiqua controversia, quæ inter ecclesiam Saresbiriensem et mon-

asterium Malmesburiæ, super subjectione ejusdem monasterii, coram præfatis judicibus suscitata, et provisione judiciali eorundem sopita litigantium, improbitate suscitetur, et quod auctoritate dictorum judicum utiliter ad tranquillitatem tam ecclesiæ Saresbiriensis quam monasterii Malmesburiæ dinoscitur ordinatum.

Iterum ne vocetur in dubium, nos ea quæ coram memoratis judicibus auctoritate apostolica de consensu partium gesta sunt, rata et grata habentes, ad plenam imposterum securitatem, hanc præsentem cartam dictis abbati et conventui de Malmesburia unanimi assensu et voluntate confecimus. Quam sigillorum nostrorum appositione corroboravimus.

Hiis testibus, Willelmo de Waude præcentore Sarum, magistro Hugone de Gaihst' cancellario, Abraham de Winter thesaurario, magistro Roberto de Bingeham, magistro Luca, magistro Willelmo de Merton, canonicis Sarum, magistro Adam de Ebelesburne. Thomæ de Columbarum clerico, magistro Johanne episcopo, Henrico de Caritate, magistro Rogero de Worde, magistro Ricardo de Bremel, magistro Nicholao Martel, magistro Roberto de Lavinton, magistro Johanne de Reigate, Ricardo de Bremelham, et multis aliis.

Cap. LXX.

De decimis garbarum in parochia ecclesiæ de Creddewelle et capellarum suarum.

Grant by the bishop of certain tithes for the maintainance of the abbey.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus, Dei permissione Saresbiriensis ecclesiæ minister humilis, salutem, gratiam, et Dei benedictionem. Considerantes quod in pluribus locis, in quibus olim fervor caritatis vigebat, multorum caritas refrigescat, et quod in hospitibus recolligendis et in aliis operibus misericordiæ, quod non sine dolore dicimus, plus solito multorum tepescat devotio illorum, qui in

nostra consistunt diocesi, caritatem si forte obdormierit præ cæteris specialius exhortationibus tenemur excitare, et ad hospitalitatem sectandam, non solum verbis sed etiam benedictionibus ac largitionibus efficaciter ipsos provocare: eapropter cum ad hospitalitatem sectandam efficacior sit exhortatio re quam voce, facto quam verbo, f. 159 *b.*
ut aliorum ad bonum hospitalitatis efficacius intendatur devotio, de assensu et auctoritate capituli nostri dedimus, intuitu caritatis, Deo et ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia et monachis ibidem Deo servientibus, ad augmentum hospitalitatis, omnes decimas garbarum in parochia ecclesiæ de Creddewelle, et capellarum suarum, de Hanekintone videlicet, et de Estcote, nomine perpetui beneficii, futuris et perpetuis temporibus possidendas; exceptis decimis garbarum triginta-duarum virgatarum terræ, quarum viginti-tres sunt in Cheggelawe, et novem apud Tothulle versus Aisselcye, in eadem parochia, quæ quidem decimæ garbarum una cum quibusdam aliis inferius notatis cedent in portionem personæ rectoris ecclesiæ de Creddewelle, qui pro tempore fuerit, a nobis vel successoribus nostris, ad præsentationem abbatis et conventus de Malmesburia, ad memoratam ecclesiam admittendus et instituendus, ac in eadem in ordine sacerdotali, quem cura illius ecclesiæ requirit, continuam facturus residentiam. Habebit autem dictus rector memoratæ ecclesiæ præter prædictas decimas garbarum terras ecclesiæ et capellæ de Hanekintone, cum pratis et pascuis et omnibus aliis ad eas pertinentibus, et omnes decimas præter prædictas decimas garbarum, ut prædictum est, et præter decimas feni de proprio abbatis quod in præsenti tenet dominico. Similiter habebit omnes obventiones altaris et cimiterii ecclesiæ de Credewelle, et capellarum memoratarum, sicut Henricus de Cortenai et Radulfus vicarius de Hanekintone habere consueverunt. Is autem qui pro tempore fuerit rector sæpedictæ ecclesiæ, omnia onera consueta et consuetudines episcopales et

archidiaconales sustinebit. Volumus etiam et concedimus ut illas tres marcas quas ecclesia de Malmesburia ab antiquo de ecclesia de Credewelle percipere consuevit, ad indicium hujus nostræ donationis, nomine prædicti beneficii perpetui, quamdiu Henricus de Cortenai nunc rector ecclesiæ de Credewelle vixerit, annuatim de cetero percipiat. Cum vero de prædicto Henrico humanitus contigerit, dictus abbas et conventus de Malmesburia libere et sine contradictione alicujus possessionem prædicti beneficii ingrediantur, et novam possessionem veteri, quam per receptionem trium marcarum retinuerunt, sine difficultate continuent. Et licet monachi, ibidem Deo servientes, pro nobis orare teneantur, et ut ad id faciendum eorum magis provocetur devotio, et ut anniversarium nostrum, cum de nobis humanitus contigerit, libentius singulis annis faciant, cum pleno servitio pontificali, dedimus insuper eisdem, intuitu Dei, de assensu capi-
f. 160. tuli nostri ad necessitatem monachorum de infirmaria in aliquo relevandam, capellam villulæ suæ de Nortone, salva competenti sustentatione perpetui vicarii in eadem capella perpetuis temporibus ministraturi, ita ut qui administrator coquinæ monachorum pro tempore fuerit de portione ad infirmariam pertinente infirmario fideliter et integre respondeat; salva debita et antiqua pensione annua duorum solidorum quos infirmarius sacristæ de Malmesburia persolvat. Has autem pias concessiones nostras episcopali auctoritate confirmamus, et sigilli nostri ac capituli Sarum appositione communimus; salvis in omnibus jure et dignitate Sarum ecclesiæ, et nostra et successorum nostrorum. Ad majorem etiam securitatem super prædictis concessionibus duo confecta sunt instrumenta, sub eisdem omnino verbis et tenore concepta, quorum unum remanebit penes monasterium Malmesburiæ sunt, appensa.

Data Sarum per manum magistri Roberti de Hertforde tunc cancellarii, xvi. kl. Februar., pontificatus

nostri anno quinto. Hiis testibus Willelmo de Waude tunc decano Sarum, magistro Willelmo de Badestone præcentore, Abraham thesaurario, magistro Ricardo archidiacono Wiltes', magistro Willelmo de Mertone, tunc officiali, magistro Luca, magistro Ricardo de Sorest', Johanne capellano, magistro Ricardo de Bremele, magistro Petro de Malemains, et multis aliis.

Cap. LXXI.

De causa mota inter episcopum Sarisbiriensem et abbatem et conventum Malmesburiæ.

Dispute between the abbey and the bishop of Salisbury claiming its submission.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris et audituris, Adam et Jordanus, de Waverleye et de Dereforde abbates, salutem in Domino. Litteras domini papæ suscepimus in hæc verba: Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Waverleye et de Dereforde abbatibus, Wyntoniæ et Cycestriæ diocesium, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Saresbiriensis episcopus nobis exposuit conquerendo quod abbas et conventus de Malmesburia, Saresbiriensis diocesis, super dignitatibus, libertatibus, et rebus aliis ad ecclesiam suam spectantibus injuriantur eidem, ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam, et appellatione remota, fine debita terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerunt, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, xvii°. kal. Julii, pontificatus nostri anno secundo. Hujus igitur auctoritate mandati, partibus convocatis et in præsentia nostra constitutis, videlicet domino Ricardo episcopo Sarum in propria persona, et Abraham thesaurario, procuratore capituli Sarum, et ad ligitandum et ad componendum dato, ex f. 160 *b*.

una parte; abbate et conventu Malmesburiæ, per Johannem Walensem monachum, ejusdem monasterii procuratorem, ad litigandum et componendum datum, ex parte altera, dictus episcopus pro se et ecclesia sua, suam sic in judicio coram nobis fundavit intentionem, mere possessorium intendens, ac dicens quod abbas et monachi eidem debent subesse pleno jure tanquam abbati, et tanquam episcopo, tam in temporalibus quam in spiritualibus, et petiit sibi reformationem fieri prædictorum, in qua dicit memoratus episcopus ecclesiam memoratam Sarum tempore bonæ memoriæ Rogeri episcopi, prædecessoris sui, fuisse non solum de jure communi, verum etiam auctoritate Sedis Apostolicæ. Cumque super hiis coram nobis aliquamdiu esset altercatum, post multa hinc inde proposita, tandem ad monitionem et mandatum venerabilis patris Pandulfi Norwicensis electi, et Apostolici Sedis legati, necnon et illustris regis Angliæ, Henrici filii regis Johannis, partes ad pacem ineundam induximus. Quibus vota sua de pace inter eas formanda, tam super proprietate quam possessione subjectionis dicti monasterii in temporalibus et spiritualibus, in nos conferentibus, et se nostræ provisioni necnon et jurisdictioni subicientibus, solum Deum habentes præ oculis, volentes utriusque ecclesiæ paci et tranquillitati providere, salvo in omnibus jure Romanæ ecclesiæ, de prudentum virorum et jurisperitorum consilio, utriusque partis instrumentis ad causam prædictam pertinentibus, in jure coram nobis exhibitis et diligenter inspectis, taliter providimus auctoritate qua fungimur, quod monasterium Malmesburiæ ab omni subjectione dicti episcopi et successorum ejusdem, secundum tenorem privilegiorum suorum, Sergii, Innocentii II., et Alexandri III., sit tam in temporalibus quam in spiritualibus infra ambitum cimiterii et dicti monasterii, sicut nobis constat esse exemptum per inspectionem privilegiorum suorum, Romanorum videlicet pontificum suprascriptorum. Ad cujus rei evidentiam

verba in privilegiis contenta huic scripto inserimus, quorum verba sunt hæc: Quod monasterium Malmesburiæ, quod in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum fuisse, et nunc in honorem beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ et Sancti Aldhelmi reedificatum esse dinoscitur, sub ejusdem apostolorum principis, et sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus juris existit, tutela et proprietate tantum manere censemus, et præsentis scripti privilegio communimus. Crisma etiam, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui, ad sacros ordines fuerint promovendi, benedictionem abbatis, et f. 161.
cætera ecclesiastica sacramenta a diocesano abbas et monachi Malmesburiæ suscipiant episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis Apostolicæ habuerit, et ea gratis et absque pravitate eis voluerit exhibere. Alioquin liceat eis catholicum quemcumque maluerint adire antistitem, qui nimirum apostolica fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Item quod nulli episcopo liceat in eodem monasterio cathedram statuere, aut missas publicas celebrare, nisi ab abbate et fratribus fuerit evocatus. Item, quod idem monasterium censuale sit Sedi Apostolicæ, sicut est.

Item, si aliquod rescriptum vel privilegium contra hanc libertatem, a Sergio, Innocentio III.,[1] et Alexandro III., monasterio memorato concessum aliquando apparuerit, nulla ratione eidem libertati præjudicet. Salvæ autem sint dicto episcopo et successoribus suis, per Sarisbiriensem diocesim in omnibus ad dictum monasterium pertinentibus, extra ambitum monasterii et cimiterii ejusdem, lex et jurisdictio diocesana. Providemus etiam eadem auctoritate, unanimi partium voluntate et assensu, ordinantes quod præfatus episcopus et successores ejusdem, manerium de Hyweie cum jure patronatus ecclesiæ de Bremel et de Hyweie et capellam de Foxam, futuris temporibus pro bono perpetuæ pacis

---

[1] Sic.

inter dictam ecclesiam Sarisburiensem et monasterium prædictum, jure possessionis et proprietatis habeat et retineat sibi et successoribus suis; nullo ex hoc præjudicio monasterio de Malmesburia in manerio de Bremel, et ejus pertinentiis, quoad temporalia imminente, nisi tantum in jure patronatus ecclesiæ ejusdem villæ, et capellam de Foxam et earundem pertinentiis, quantum ad jus patronatus pertinet. Si vero ab alterutra partium aliquod scriptum vel privilegium apparuerit contra hanc nostram ordinationem impetratum, nullum robur optineat firmitatis. Ut autem hæc nostra ordinatio et provisio, quam dictus episcopus Sarum, de assensu totius capituli Sarum, et dictus J., procurator abbatis et conventus de Malmesburia, datus ad componendum coram nobis, in jure approbaverunt, futuris temporibus rata permaneat et firma, ad observationem illius utraque pars sacramento obligavit, retenta nobis et successoribus nostris de unanimi partium assensu jurisdictione cohercendi partes ad memoratæ pacis observationem. Et in hujus rei testimonium huic instrumento in modum cyrographi tripartiti confecto, cujus unam partem supradicto episcopo et capitulo Sarum, aliam procuratori abbatis et conventus dicti monasterii tradidimus, tertiam nobis reservantes, sigilla nostra apposuimus, prædictam ordinationem et provisionem nostram aucto-
f. 161 *b.* ritate domini papæ qua fungimur confirmantes.

Cap. LXXII.

De instrumentis originalibus depositis penes Waverle.

Record touching the same.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus Dei gratia Sarum episcopus, et W. abbas Malmesburiæ, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ex communi consensu nostro deposuisse penes Waverleye exemplata instrumentorum originalium Sarum ecclesiæ salvo custodienda, neutri partium aliquo casu contingente tradenda, nisi de con-

sensu partium, et secundum formam cartæ subscriptæ, quæ talis est: Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Adam et Jordanus, de Waverleye et de Dereford abbates, salutem in Domino. Scire volumus universos nos de consensu partium, assensu et voluntate scilicet venerabilis patris Ricardi, Sarum episcopi, et procuratoris capituli ejusdem loci, magistri Abrahæ, thesaurarii Sarum, ex una parte, et Johannis Walensis, procuratoris abbatis et conventus Malmesburiæ, ex alia, ad componendum datorum, providisse auctoritate domini papæ Honorii Tertii, qua fungimur, quod instrumenta episcopi et capituli Sarum, scilicet carta regis Henrici primi, et confirmatio domini papæ Honorii secundi, et si quod aliud habeant speciale instrumentum, super subjectione monasterii Malmesburiæ, in ecclesia de Cyrencestre custodienda deponantur. Si vero dominus papa hanc provisionem nostram judicialem approbaverit et confirmaverit, dicta instrumenta monasterio Malmesburiæ sine difficultate reddantur. Si autem dicta provisio sine confirmatione domini papæ stare possit, in dicto monasterio perpetuo custodiantur, ut si ea aliquo casu a domino papa vel ab alio fuerit irrita, dicta instrumenta ecclesiæ Sarum sine difficultate restituantur. Et si forte aliquo casu deperdita fuerint vel consumpta, et provisio prædicta, quod absit, irrita, vel controversia ex parte abbatis et conventus de Malmesburia fuerit suscitata, tunc eorum exemplata, quæ penes nos retinemus, ecclesia Sarum ad sui defensionem, vel pro juris sui tuitione, libere et sine calumpnia recipiat; nullo hiis casibus prædictis præjudicio imminente monasterio Malmesburiæ, quin manerium de Hyweie, et jus patronatus ecclesiæ de Bremel, et cartæ super eisdem episcopo et ecclesiæ Sarum confectæ, dicto monasterio reddantur, partibus in hoc convenientibus, et nobis id ipsum approbantibus propter casus fortuitos, et protestantibus quod prædicta ecclesia exempla sive exemplata, signis nostris et aliarum autenticarum personarum

appensis, omnem eandem vim et auctoritatem habitura,
f. 162. quæ ipsa autentica originalia interim penes nos remaneant fideliter custodienda. In hujus autem rei testimonium has litteras testimoniales confecimus. Quibus nos una cum partibus et aliis autenticis personis ad majorem securitatem signa nostra apposuimus.

Cap. LXXIII.

De prædictis instrumentis receptis.

Of the same.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Adam Dei gratia abbas de Waverleye et ejusdem loci conventus salutem. Scire volumus universos nos ad instantiam venerabilis patris nostri Ricardi Sarum episcopi, et ejusdem loci capituli, necnon abbatis et conventus de Malmesburia, suscepisse exemplata instrumentorum originalium Sarum ecclesiæ, penes nos deposita, secundum formam cartæ inter eosdem confectæ custodienda. Quæ talis est: Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Adam et Jordanus de Waverleye et de Dereforde abbates, salutem. Scire volumus universos, &c. Et ne ista nostra susceptio ex provisione judicum præscriptorum, sub prædicta forma facta, aliquibus inposterum veniat in dubium, hoc præsenti scripto duximus testificandum. Talem cartam alteri parti dedimus.

Cap. LXXIIII.

In vasculo, in quo continebantur instrumenta, hæc fuit scriptio.

Of the same.

In hoc vasculo continentur exemplata instrumentorum ecclesiæ Sarum, eidem ecclesiæ Sarum demum restituenda, secundam formam cartæ abbatis de Waverleye, modum depositionis et restitutionis continentem quam carta, tam ecclesia Sarum, quam monasterium Malmes-

buriæ, signo abbatis de Waverleye habent signatam. In qua continetur ut si compositio aliquo casu a domino papa, vel ab alio fuerit irrita, instrumenta ecclesiæ Sarum apud Cyrencestre deposita, sine difficultate ecclesiæ Sarum restituantur. Et si forte ipsa originalia deperdita fuerint, vel consumpta aliquo casu, et provisio prædicta, quod absit, irrita, vel controversia ex parte abbatis et conventus de Malmesburia fuerit suscitata, tunc eorum exemplata ecclesia Sarum ad sui defensionem, vel juris sui tuitionem, libere et sine difficultate recipiet.

Cap. LXXV.

Obligatio super pace observanda.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Walterus, Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Scire volumus universos quod si provisio, pro bono pacis perpetuæ facta inter ecclesia Sarum et monasterium nostrum, coram Adam et Jordano, de Waverleye et de Dereforde abbatibus, judicibus nostris a Sede Apostolica delegatis, aliquo casu, quod absit, fuerit a domino papa, vel a nobis, vel successoribus nostris, irrita, nos manerium de Hyweia cum advocatione ecclesiæ de Bremel, nulla ratione volumus a dicto episcopo vel ejus successoribus repetere, nisi prius restituamus ecclesiæ vel episcopo Sarum cartam super concessione dignitatum et libertatum nobis ab eodem et capitulo Sarum confecta et tradita, cum tertia parte cyrographi tripartiti, quam etiam dicti judices nobis contradiderunt; salvo tamen episcopo Sarum, et ejus successoribus, fructibus de prædicto manerio medio tempore perceptis. Et nos præsenti scripto hoc ipsum protestamur. Et in hujus rei testimonium has litteras nostras patentes sigillis nostris communivimus.

Settlement of the dispute.

f. 162 *b*.

Cap. LXXVI.

De manerio de Heyweye et advocatione ecclesiæ de Bremel.

Settlement of the dispute touching Highway and Bremele.

Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris vel audituris, Walterus abbas Malmesburiæ et totus ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Cum super Malmesburiæ monasterii subjectione, tam in temporalibus quam in spiritualibus, a venerabili patre Ricardo Sarum episcopo, coram Adam abbate de Waverleye, et Jordano abbate de Dereforde, auctoritate litterarum domini papæ Honorii Tertii judicibus delegatis, traheremur in causam, fundata intentione dicti episcopi et partibus in judicio rite confirmatis, exhibitis quoque in judicio privilegiis et autenticis scriptis, tam illis quibus episcopus suam nitebatur probare intentionem, quam illis quibus nos nostram defensionem, tandem ad monitionem dictorum judicum, necnon ad mandatum et monitionem tam venerabilis patris, Pandulfi Norwycensis electi, Apostolicæ Sedis legati, quam illustris regis Angliæ, Henrici filii Johannis, quondam regis Angliæ, animum ad pàcem inclinantes, pacem cum dicto episcopo et ecclesia Saresbiriensi inivimus, super prædictis; et judiciali provisioni per omnia unanimiter adquiescentes, manerium de Hyweie cum omnibus pertinentiis ejusdem, et advocationem ecclesiæ de Bremele, cum suis pertinentiis, de provisione judicum, dedimus et concessimus dicto episcopo et successoribus suis, pro bono perpetuæ pacis, habendam et possidendam, ita libere, ita quiete, cum omnibus libertatibus, et liberis consuetudinibus, ad dictum manerium pertinentibus, sicut nos unquam liberius, integrius, aut quietius, dinoscimur illud manerium possedisse; et totum jus quod in dicto manerio et ejus pertinentiis, et in advocatione ecclesiæ de Bremele, cum suis pertinentiis, aliquo tempore habuimus, totum in episcopum Sarum

et ejus successores, de communi capituli consensu transtulimus: nihil nobis prorsus retinentes, vel in personis, vel in rebus ad dictum manerium pertinentibus; nullo ex hoc præjudicio monasterio Malmesburiæ, in manerio de Bremele et ejus pertinentiis, quoad temporalia imminente, nisi tantum in jure patronatus ecclesiæ ejusdem villæ et capellæ de Foxam et earumdem pertinentiis, quantum ad jus patronatus pertinet. Et si forte aliquo tempore contra hanc nostram concessionem et judicialem provisionem, aliquod privilegium vel aliquæ litteræ a parte nostra apparerent, volumus quod nullum robur habeant firmitatis. Et ut hæc nostra concessio auctoritate judicum dictorum, a Sede Apostolica delegatorum, provisa et confirmata perpetuum robur habeat firmitatis, nos eandem concessionem sigillorum nostrorum appositione communivimus. f. 163.

Cap. LXXVII.

De præsentia abbatis Roberti facta coram nuncio domini papæ, [ne] posset nocere successoribus suis.

Claim of the abbot not to appear at summons for business affecting the diocese.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentes litteras inspecturis, Philipus[1] notarius et nuncius domini papæ salutem. Cum universos abbates et priores Saresbiriensis diocesis pro domini papæ negotio apud Salesberiam, auctoritate apostolica, vocassemus, venerabilis pater noster Robertus abbas Malmesburiæ ad nos, eadem auctoritate vocatus, accessit; qui cum voluisset cum aliis abbatibus propter vocationem factam generaliter interesse, eo quod tam ipse quam ecclesia sua Apostolicæ Sedi speciali jurisdictione subessent, eum tamen ad audiendum mandatum apostolicum, quod ad omnes prælatos Angliæ generaliter emanarat, volumus et fecimus esse præsentem. Quo videlicet mandato audito de capitulo statim exivit, ne ipsi vel ecclesiæ suæ posset imposterum aliquod præjudicium generari.

[1] *Ph'*, MS.

Unde ne Saresbiriensis episcopus, vel aliquis successorum suorum, in eodem abbate vel successoribus suis, aut ecclesia sua, occasione hujus vocationis aliquid subjectionis vel jurisdictionis sibi posset inposterum vendicare, præsentes litteras ei duximus in testimonium concedendas.

Cap. LXXVIII.

Confirmatio domini archiepiscopi Cant. super exemptione monasterii Malmesburiæ.

Confirmation by the archbishop of grant by the bishop of Sarum.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus Dei gratia Cant. archiepiscopus, totius Angliæ primas, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos litteras venerabilis fratris nostri Ricardi, quondam Sarum episcopi, inspexisse sub hac forma: "Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens "scriptum pervenerit, Ricardus, Dei permissione Sarum "ecclesiæ minister humilis, et ejusdem loci capitulum, "salutem, gratiam, et Dei benedictionem. Considerantes "quod in pluribus locis, &c." Tenorem totius quære supra in carta episcopi Sarum quæ ita incipit, "Consi-"derantes quod in pluribus locis."—Nos igitur dictam collationem, sicut rationabiliter facta est, præsenti scripto auctoritate Cantuar. ecclesiæ confirmamus. Datum anno Domini MCC.XXX., mense Junii. Valete.

Cap. LXXIX.

De exemptione monasterii Malmesburiæ.

Papal exemption of the abbey.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati monasterii Malmesburiæ, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis. Religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a præposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in

Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Malmesburiæ, Saresberiensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siqui- f. 163 *b*. dem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium inpræsentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis prosperante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; villam de Malmesburia, et Sancti Pauli, et Sanctæ Mariæ, ejusdem villæ ecclesias, cum omnibus pertinentiis earundem; villam de Credewelle, cum omnibus pertinentiis suis; jus patronatus quod habetis in ecclesia villæ ipsius. De Kemele, de Peritone, de Bremel, de Suttone, de Nortone, de Nywentone, de Litletone, de Brinkewrthe, de Greteham, de Ywerigge, et de Garsdone villas, cum omnibus pertinentiis earundem. Jus patronatus quod in ecclesiis prædictarum villarum habetis; manerium quod habetis in loco qui Album Monasterium nominatur, cum pertinentiis suis. De Brokeneberez, de Cheorletone, de Corstone, et de Rodburne villas, et ipsarum villarum capellas cum omnibus pertinentiis earundem; jus patronatus quod habetis in ecclesia villæ de Minti; jus patronatus quod habetis in ecclesia beati Nicholai de Londoniis. Prioratum beatæ Mariæ de Piltone, cum omnibus pertinentiis suis. Terras quas habetis in locis qui dicitur Newebold, Fulinge, Walecote, Winkewrthe, La Lee, et Munechenehamptone. Terras quas habetis in de Glouernia et de Suhamptone villis; terras quas habetis in civitate Wintoniensi. Decimas quas habetis

in de Kemele, de Credewelle, de Peritone, de Newentone, de Suindone, de Corstone, de Rodburne, de Burȝtone, et Thornhulle villis. Decimas quas habetis in de Brokeneberȝe, de Cleverdone, de La Lee, de Choerletone, de Brinkewrthe, de Culerna, et de Broctone, villis. Decimas quas habetis in de Bromel, de Lahangher, de Foxham, de Garsdone, de Greteham, et de Ywerigge villis. Grangiam de Cufold, cum pertinentiis suis. Annuos redditus quos habetis; sex, videlicet, marcarum argenti in ecclesia beati Pauli, villæ de Malmesburia; quinque marcarum in ecclesia beatæ Mariæ ejusdem villæ; quatuor marcarum in ecclesia villæ de Peritone; f. 164. trium marcarum in ecclesia villæ de Nortone; duarum marcarum in ecclesia villæ de Minti; unius marcæ in ecclesia villæ de Kemele; viginti solidorum sterlingorum in ecclesia villæ de Suttone; decem solidorum in ecclesia villæ de Garsdone; octo solidorum in ecclesia villæ de Newentone; et quinque solidorum in ecclesia beati Nicholai de Londoniis. Redditum quem habetis in ecclesia villæ de Comptone, cum pratis, terris, nemoribus, usuagiis, et paschuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo cau-

sam non dederitis interdicti. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hæc novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis, a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quorum ipsius loci liberam esse, decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat; salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi et legittime liberandi de manibus eorum, et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis, de nostra auctoritate, facultas. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates et immunitates a prædecessoribus nostris, Romanis pontificibus, monasterio vestro concessas, necnon liber-

f. 164 *b*.

tates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nullo omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate et diocesani episcopi canonica justicia, et in prædictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei, et divini Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.



Ego Innocentius, catholicæ ecclesiæ episcopus, subscripsi.

Ego Petrus, tit. Sancti Marcelli, presbiter cardinalis, subscripsi.

Ego Petrus, Albanensis episcopus, subscripsi.

Ego Johannes, Sancti Nicholai in carcere Tulliano, diaconus cardinalis. subscripsi.

Ego Willelmus, Sancti Eustachii, diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego Johannes, tit. Sancti Laurentii in Lucin., presbiter cardinalis, subscripsi.

Ego frater Hugo, tit. Sanctæ Sabinæ, presbiter cardinalis, subscripsi.

Datum Lugduni, per manum magistri Marini, sanctæ f. 165.
Romanæ ecclesiæ vicecancellarii, iii. idus Octobr., indictione vii., Incarnationis Dominicæ anno MCCXLVIII., pontificatus vero domini Innocentii papæ IIII. anno sexto.

Cap. LXXX.

Confirmatio super exemptionibus ab aliis pontificibus concessis.

Confirmation of exemption.

Nicholaus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Malmesburia, ordinis Sancti Benedicti, Saresbiriensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum; eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive per privilegia, seu alias indulgentias, vobis et monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus, principibus, et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis, et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem

omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, v. kl. Maii, pontificatus nostri anno primo.

Cap. LXXXI.

Confirmatio Walteri episcopi Sarum super decimis monasterii Malmesburiæ.

Confirmation by bishop of Sarum touching tithes claimed by the abbey.

Omnibus Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis vel audituris, Walterus Dei gratia Saresbiriensis episcopus, salutem in Domino. Cum religiosi viri abbas et conventus Malmesburiæ, nostræ diocesis, a nobis humiliter peterent, quod nos auctoritate diocesana, decimas quas infra limites quarundam parochiarum nostræ diocesis, et pensiones, seu præstationes annuas, quas ipsi et prædecessores eorum, ab antiquo percipere consueverunt, sibi suoque monasterio confirmaremus, bona fide prætendentes quod instrumenta quæ aliquando super prædictis decimis, pensionibus, seu præstationibus habuerunt, quædam vetustate consumpta, et quædam per incendium, quod monasterio suo casu fortuito contigisse notorium est, penitus fuerant destructa, exceptis dumtaxat quibusdam Sedis Apostolicæ privilegiis, quæ inspeximus, in quibus decimas et pensiones seu præstationes hujusmodi, expressis locorum nominibus distincte et aperte vidimus contineri: nos attendentes prædictorum abbatis et conventus devotionem, quam erga ecclesiam nostram Sarum a multis retro temporibus gessisse [et] adhuc gerere dinoscuntur, eorum justis petitionibus inclinati, super prædictis decimis, pensionibus, seu præstationibus, quas in nostra diocesi a quibusdam ecclesiis, et infra limites quarundam parrochiarum, percipere consueverunt, diligentem in forma juris fieri fecimus inquisitionem, per quam dilucide certiorati invenimus ipsos

f. 165 *b*.

abbatem et conventum, ac eorum prædecessores, nomine monasterii sui de Malmesburia, pacifice et inconcusse possedisse ab antiquo et longissima præscriptione legittime præscripsisse decimas et pensiones, seu præstationes, quas sibi a nobis petebant confirmari. Cum igitur nobis legittime constaret prædictas decimas et pensiones seu præstationes, ad prædictos abbatem et conventum, et suum monasterium Malmesburiæ pertinere, ac ipsos super hiis munitos esse præscriptione legittima et longissima, de decani et capituli nostri Sarum voluntate et consensu, decimas ipsas et pensiones, seu præstationes, prædictis abbati et conventui, et eorum successoribus, ac monasterio suo Malmesburiæ, auctori tate diocesana confirmamus; quas decimas et pensiones, seu præstationes annuas, præsentibus litteris propriis duximus vocabulis exprimendas: videlicet, de vicario ecclesiæ Sancti Pauli Malmesburiæ de annua pensione sex marcas; de ecclesia beatæ Mariæ ejusdem villæ quinque marcas; de ecclesia de Minti duas marcas; de ecclesia de Brinkewrthe unam marcam; de ecclesia de Garsdone decem solidos; de ecclesia de Nywentone octo solidos; de ecclesia de Peritone quatuor marcas; de ecclesia de Bachamptone octo solidos, et de ecclesia de Comptone quatuor solidos. Item, decimas de dominico Walteri Dunstanvile, et Thomæ le Frankelein, in parochia de Culerna; decimas villanorum camerarii de Malmesburia in parochia de Wettone, decimas de dominicis Britonum [1] et Henrici Hoese in parochia de Niwentone; decimas de dominico prædicti domini Adæ in parochia de Peritone, et decimas Willelmi Frankelein de Brocktone. In quorum testimonium tam nos, quam decanus et capitulum Sarum supradicti præsentibus litteris patentibus sigilla nostra apponi fecimus. Salva in omnibus diocesana auctoritate nostra, et successorum nostorum, ac ecclesiæ

[1] In margin, in a later hand, "Domini Adæ de Purytone."

nostræ Sarum dignitate, ita quod in nullo privilegiis dictorum abbatis et conventus derogetur. Datum apud Remmesburiam, xiiii. kl Novembris, anno Domini M°.CC°. sexagesimo quinto.

CAP. LXXXII.

Carta domini Walteri episcopi Sarum, et ejusdem loci capituli de ecclesia de Kemele.

Appropriation of the church of Kemele.

f. 166.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentes litteras inspecturis vel audituris, Walterus permissione divina Sarum episcopus, salutem in Domino sempiternam. Cum secundum apostolicum operari debeamus bonum ad omnes, maxime autem ad eos qui per devota pietatis opera domesticos fidei se esse demonstrant, et relictis vagis mundi discursibus, sub artæ religionis observantia muro se muniunt honestatis, per variosque virtutum gradus scandere satagunt ad arcem beatitudinis, ex qua dependet omnis armatura fortium: Nos attendentes summæ devotionis affectum religiosorum virorum, abbatis et conventus Malmesburiæ, nostræ diocesis, qui elemosinarum largitionibus, hospitum receptioni, et aliis caritatis operibus, ad quorum sustentationem præ multitudine pauperum ac hospitum, ibidem confluentium, proprie dictorum, abbatis et conventus non suppetunt facultates, relegata procul avaritia, vacant, more cotidiano de virtute in virtutem gradientes, per ipsius clementiam qui dat affluenter et non improperat, Dominum Dominorum in Syon jugi contemplatione visuri, ut misericordiæ operibus hospitum et egenorum necessitatibus pie subveniendo, eo liberalius possit intendere, quo monasterii sui facultates amplius susceperint incrementum, ecclesiam de Kemele in quam jus optinent patronatus, nostræ diocesis, prædictis abbati et conventui ac eorum successoribus suoque monasterio, ad pauperum et hospitum ibidem declinantium sustentationem,

de decani et capituli nostri Sarum, cum quibus super hiis diligenter tractavimus, bona voluntate et consensu expresso, concedimus et appropriamus, cedente vel decedente ejusdem ecclesiæ rectore, perpetuis temporibus cum omni integritate et immunitate, qua ecclesias Sanctæ Mariæ et Sancti Pauli in Malmesburia obtinent, canonice possidendam: salva vicaria in eadem ecclesia ordinata ad quam dicti abbas et conventus, ac eorum successores, quotienscumque vacaverit, nobis et successoribus nostris personam ydoneam præsentabunt, qui onus procuratoris seu alia onera ordinaria, ad nos seu successores nostros, vel locorum archidiaconum, qualitercumque spectantia, sustinebit imperpetuum; salvaque potestate libera nobis et successoribus nostris augmentandi portionem prædicti vicarii, si aliquo tempore apparuerit eam esse nimis tenuem, habita ratione ad fructus et proventus ecclesiæ supradictæ. Salvis etiam in omnibus jure et auctoritate pontificali nostra, et successorum nostrorum, ac ecclesiæ nostræ Sarum dignitate. Ita tamen quod ipse abbas suique successores, vocari non possint, ratione prædictæ ecclesiæ de Kemele, ad synodum, vel ad obedientiam manualem, nobis et successoribus nostris faciendam, vel episcopalia pla- f. 166.
cita aliasve convocationes auctoritate nostra vel successorum nostrorum faciendas, nisi in casibus in quibus ipse suique prædecessores vocari consueverunt. In quorum testimonium et perpetuam memoriam tam nos quam decanus et capitulum supradicti præsentibus litteris patentibus sigilla nostra apponi fecimus.

Datum apud Saresbiriam in festo Sancti Johannis ante portam Latinam; anno ab Incarnatione Domini M°.CC°. sexagesimo quinto.

Cap. LXXXIII.

Resignatio Bayamundi de ecclesia de Kemele.

Resignation by the rector of the same.

Venerabili patri domino W. Dei gratia Sarum episcopo suus clericus humilis et devotus, Beamundus, decanus de Len, rector ecclesiæ de Kemele, salutem et obedientiam cum reverentia debitam et devotam. Prædictam ecclesiam de Kemele et quicquid juris in ea habeo, vel ad eam, sufficienti deliberatione præhabita, in manus vestræ paternitatis, pure, sponte, simpliciter, et absolute resigno. In cujus rei testimonium præsentes litteras patentes sigillo meo consigno. Facta fuit ista resignatio, apud Londoniam, in Turri, in præsentia magistrorum, W. dicti Scamel, tunc archidiaconi Berks., C. de Milde[n]hale et W. de la Wyle, canonicorum Sarum, domini Johannis Mideltone presbiteri, magistri Hugonis de Cotes, prædicti patris familiarum, et aliorum, anno gratiæ M°.CC°.LX°. sexto, ii. nonas Julii.

Cap. LXXXIIII.

Institutio de ecclesia de Kemele.

Right of induction to the same.

W. Dei gratia Sarum episcopus, dilecto in Christo filio archidiacono Wyltesire, salutem, gratiam, et benedictionem. Religiosi viri, abbas et conventus Malmesburiæ, ecclesiæ de Kemele patroni, et Beamundus decanus de Len, ipsius ecclesiæ rector, ipsam ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis ordinationi nostræ, sponte, pure, simpliciter, et absolute submiserunt; de qua de consilio prudentium, in nomine Domini, sicut duximus ordinandum, quod ipsa ecclesia cum omnibus suis pertinentiis, perpetuis temporibus, in usus monasterii de Malmesburia convertatur; receptaque et admissa resignatione prædicti rectoris de eadem facta; vobis mandamus quatinus prædictum abbatem vel procuratorem suum, nomine prædicti monasterii, in prædictæ

ecclesiæ de Kemele possessionem inducatis, vel induci faciatis, corporalem.

Datum Rammesburia, vii. idus Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Cap. LXXXV.

Resignatio abbatis et conventus Malmesburiæ de ecclesia de Mynty.

Venerabili in Christo patri domino Roberto, Dei gratia Saresbiriensi episcopo, frater Willelmus, eadem gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, salutem in omnium Salvatore. Ecclesias de Puritone et de Minti, vestræ diocesis nostrique patronatus, cum advocationibus, juribus, et omnibus pertinentiis earundem, sufficienti deliberatione præmissa, ad honestatem et utilitatem Saresburiensis ecclesiæ, nostrique monasterii ordinationem, vestræ statuto seu provisioni præsentium tenore submittimus; salva nobis et successoribus nostris immunitate quam habemus ex indulgentia Romanorum pontificum super exemptione nostra, et nostri monasterii, ratum habituri et acceptum quicquid in hac parte duxeritis ordinandum, statuendum, seu providendum. In quorum omnium fidem et testimonium præsens scriptum impressione sigillorum nostrorum fecimus communiri. Datum apud Malmesburiam, die dicta proxima post festum Sancti Michaelis, anno Domini M°.CC°.LXX°. sexto.

Resignation of the church of Minty.

f. 167.

Cap. LXXXVI.

Scriptum super appropriatione ecclesiæ de Puritone.

Universæ sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes litteræ pervenerint, Robertus miseratione divina Saresburiensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Quoniam secundum apostolicum operari debemus bonum ad omnes, maxime autem ad eos qui per de-

Appropriation of Puriton.

vota pietatis opera fidei domesticos se esse demonstrant, et relictis mundi discursibus sub artæ religionis observantia muro se muniunt honestatis, piis virorum religiosorum desideriis prompto favore libenter adquiescimus, et justas preces eorundem, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Sane religiosi viri et dilecti in Christi filii abbas et conventus monasterii Malmesburiæ, nostræ diocesis, nobis exponere curaverunt quod cum olim ex indulgentia Sedis Apostolicæ ecclesiam de Puritone nostræ diocesis ad hospitum et egenorum sustentationem, quorum ad eos vel monasterium ipsum quasi continue confluit innumerosa multitudo, ad usus suos perpetuos concessam et appropriatam haberent, tandem simplicitate ducti a privilegio, concessione, seu appropriatione hujusmodi recedentes, clericos seculares præsentarunt ad eandem, in quorum usus ecclesia ipsa, jam translata, et diminutis per hoc eorundem facultatibus onus hospitum et egenorum, ad ipsos continue declinantium, sibi sentiunt nimis onerosum; super quo sibi per officium nostrum subveniri, et paterna sollicitudine contra læsionem hujusmodi provideri supplicarunt, ecclesiam ipsam de Puritone, et ecclesiam de Minty, nostræ diocesis, in quibus jus optinent patronatus, cum advocationibus et universis juribus et pertinentiis earundem, et totum jus quod habuerunt vel quoquo modo habere potuerunt in eisdem ordinationem, nostræ statuto, seu provisioni, submittentes expresse, ac promittentes se ratum habituros et acceptum, quic-
f. 167 b. quid de eisdem ordinandum, statuendum duxerimus, seu providendum; salva eisdem et successoribus suis immunitate et libertate quam se habere prætendunt ex indulgentia Romanorum pontificum, quoad exemptionem suam et sui monasterii: Nos igitur pium Apostolicæ Sedis affectum, quo ecclesiam ipsam de Puritone eisdem religiosis in proprios usus possidendam dudum caritative concessit, licet ipsi privilegio seu concessione hujusmodi, per simplicitatem propriam, quæ in dampnum

monasterii redundare non debet, sint abusi, necnon et hospitalitatis gratiam, in qua studiose se exercent, et continue proficere student, provide attendentes, de dilectorum in Christo filiorum decani et capituli nostri Sarum, cum quibus super hoc diligentem habuimus tractatum, expressa voluntate et consensu, taliter ordinamus, statuimus, et providemus, quod abbas et conventus supradicti, suique successores, ecclesiam ipsam de Puritone, cum domibus et curia rectoris, juribus, et omnibus aliis pertinentiis suis, ad sustentationem hospitum et pauperum ad ipsos confluentium habeant, teneant, et possideant, cedente vel decedente ipsius ecclesiæ rectore, qui nunc est, vel eadem quocumque alio modo vacante, perpetuis temporibus suis usibus, cum ea immunitate et libertate, qua Beatæ Mariæ et Beati Pauli de Malmesburia ecclesias tenent et possident, applicandam ; ita quod possessionem ipsius ecclesiæ quandocumque eam taliter vacare contigerit, per hanc nostram ordinationem statim ingredi possint jure suo ; salva in eadem ecclesia de Peritone vicaria competenti, prout nunc taxata et ordinata existit. Ad quam dicti abbas et conventus ac eorum successores, quotienscumque ipsam vacare contigerit, nobis et successoribus nostris personam ydoneam præsentabunt, qui onus procurationis et omnia onera ordinaria sustinebit; cui domos quas Ricardus nuper vicarius, in solo dictorum abbatis et conventus, juxta atrium ecclesiæ construxit et inhabitavit, cum duobus mansis juxta domos prædictas in parte australi sitis, croftam etiam juxta curiam rectoris, ex parte orientali, et domum cum crofta quæ fuerunt ejusdem rectoris in marisco, assignamus. Salvo etiam in omnibus jure et auctoritate pontificali nostra et successorum ac ecclesiæ nostræ Sarum dignitate ; hoc tantum specialiter concesso quod abbas ipse suique successores, ratione prædictæ ecclesiæ de Puritone, ad synodum vel ad obedientiam manualem nobis, seu successoribus nostris, vel archidiacono loci, qui pro

tempore fuerit, faciendam, vel episcopalia placita, aliasve
f. 168. convocationes generales, vocari non debeant, nisi in casibus quibus ipse et prædecessores sui vocari consueverunt. Ceterum archidiaconum Wyltescyriæ, in cujus territorio ecclesia ipsa de Puritone sita est, a futuris dispendiis, quæ sibi et archidiaconatui, ex prædicta appropriatione ejusdem ecclesiæ accidere possint, per hanc nostram ordinationem præcavere, et indempnitati ejusdem prospicere, et ut domicilium aliquod in ipso habeat archidiaconatu, quoniam hactenus cum incommodo caruit archidiaconatus ipse, nostra opportuna sollicitudine providere cupientes, prædictam ecclesiam de Minty, cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem, archidiaconatui Wyltescyriæ, perpetuis temporibus annectendam duximus, ipsamque eidem anneximus; per præsentes statuentes, quod archidiaconus Wyltescyriæ, quicumque pro tempore fuerit, ecclesiam ipsam de Mynty, cum eam cedente vel decedente rectore ejusdem qui nunc est vel aliter vacare contigerit, per hanc nostram ordinationem ingrediatur, et cum archidiaconatu ipso habeat, teneat, et possideat, tanquam unum beneficium imperpetuum, [et] simul cum vacaverint per nos et successores nostros uni personæ conferantur. In quorum omnium testimonium et perpetuam memoriam præsentibus litteris patentibus sigillum nostrum fecimus apponi. Datum apud Rammesburiam, die Jovis proxima post festum Sanctæ Fidis Virginis, anno Domini M°.CC°. septuagesimo sexto.

Cap. LXXXVII.

Scriptum decani et capituli Sarum super appropriatione prædictæ ecclesiæ de Puritone.

Of the same.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentes litteras inspecturis decanus, et capitulum Saresberiensis ecclesiæ, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos inspexisse cartam venerabilis patris

domini Roberti, Dei gratia Sarum episcopi, in hæc verba: Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes litteræ pervenerint, Robertus miseratione divina Sarum episcopus, salutem in Domino sempiternam. Quoniam secundum apostolicum, &c., sicut supra usque istam clausulam subscriptam: Nos igitur ordinationem, statutum, et provisionem ipsius, ratas habentes et acceptas, quantum in nobis est easdem approbamus et confirmamus per præsentes, quibus sigillum nostrum fecimus apponi. Actum in capello nostro Sarum, vigilia Natalis Domini, anno supradicto.

Cap. LXXXVIII.

Resignatio abbatis et conventus Malmesburiæ de ecclesia de Mynty.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis, Willelmus Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Cum nos de Puritone et de Minti ecclesias, in quibus jus optinemus patronatus, cum advocationibus, juribus, et pertinentiis earundem universis, ordinationi, statuto, seu provisioni, venerabilis patris domini Roberti, Dei gratia Sarum episcopi, earundem ecclesiarum diocesani, submiserimus, promittentes pro nobis et successoribus nostris, nos ratum habituros et acceptum omni tempore quicquid idem dominus episcopus de eisdem ordinandum duxerit, statuendum, seu providendum; ac idem dominus episcopus erga nos et monasterium nostrum pietate motus, sui capituli ad hoc accedente consensu, ecclesiam de Puritone cum suis juribus et pertinentiis universis, salva in eadem vicaria competenti, nobis et successoribus nostris, ad sustentationem hospitum et egenorum in proprios usus perpetuo concesserit, prout in ordinatione dicti domini episcopi plenius

Resignation of Minty.

f. 168 *b*.

continetur, ecclesiam vero de Minty cum suis juribus et pertinentiis omnibus, archidiacono Wyltisciriæ in recompensationem dampnorum et interesse, quæ ex appropriatione prædictæ ecclesiæ de Puritone, quæ in archidiaconatu ipso sita est, eidem futuris temporibus contingere possint æquitate quæ alterius conditionem, ita meliorem fieri permittit, quod alteri ex hoc præjudicium non paretur, motus duxerit annectendam, statuens quod archidiaconus Wyltescyriæ, quicumque pro tempore fuerit, ecclesiam ipsam de Mynti, cum eam cedente vel decedente rectore ejusdem, qui nunc est, vel aliter vacare contigerit, libere ingredi possit, et eandem cum archidiaconatu prædicto habeat et possideat, tanquam unicum beneficium imperpetuum, et simul quotiens vacaverint ecclesia ipsa et archidiaconatus, per eundem dominum episcopum, et successores suos, alicui ydoneæ personæ conferantur: Nos ordinationem seu provisionem prædictam pro nobis et successoribus nostris ratam habentes et acceptam, advocationem seu jus patronatus, et totum jus quod habemus, seu habuimus, in eadem ecclesia de Minty, præfato domino episcopo et successoribus suis donamus et imperpetuum concedimus per præsentes, ut ipse et successores sui ecclesiam ipsam cum archidiaconatu cui voluerint libere conferant, et hiis cui eandem duxerint taliter conferendam ecclesiam ipsam habeat, et pacifice teneat, in futurum. Ita quod nos vel successores nostri in ecclesia ipsa de Minti, seu patronatu ejusdem, nihil juris vel clamii de cetero vendicare possimus vel habere. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigilla nostra apposuimus. Datum apud Malmesburiam, die apostolorum Symonis et Judæ, anno Domini M°.CC°.LXX°. sexto.

Cap. LXXXIX.

Resignatio magistri Bayamundi de ecclesia de Puritone.

Resignation of the rector of Puriton.

Reverendo patri in Christo, domino R. Dei gratia Sarum episcopo, suus clericus humilis et devotus, Bayamundus de Vicia, decanus de Lenn, rector ecclesiæ de Puritone, salutem et obedientiam cum reverentia debita et devota. Prædictam ecclesiam de Puritone, et quicquid juris in ea habeo, vel ad eam, sufficienti deliberatione præhabita, in manus vestræ paternitatis pure, sponte, simpliciter, et absolute, resigno, nihil mihi juris reservans in eadem. In cujus rei testimonium, præsentes litteras patentes sigillo meo signavi, et in testimonium resignationis meæ sigillum decanatus Malmesburiæ præsentibus apponi procuravi. Datum apud Malmesburiam, die Jovis proxima ante festum Sanctarum Perpetuæ et Felicis,[1] anno Domini M°.CC°. septuagesimo sexto.

Cap. XC.

Scriptum de viginti libris magistro Bayamundo concessis.

Annuity of 20*l.* to the same.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus Dei gratia abbas de Malmesburia, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos utilitatem ecclesiæ nostræ considerantes concessimus et præsenti scripto confirmamus, dilecto clerico nostro, magistro Bayamundo de Vicia, intuitu pietatis, et pro fideli servicio suo quod fecit nobis, annuatim de camera nostra viginti libras bonorum et legalium sterlingorum, nomine pensionis; quam pecuniæ summam promittimus in verbo veritatis et tenemus, legittima stipulatione

[1] felicitatis, MS.

interveniente, tam pro nobis quam successoribus nostris, eidem vel suo certo procuratori, nobis acquietanciam de receptis facienti et restituenti, reddere et solvere in quindena Sancti Johannis Baptistæ, anno Domini M°.CC°.LXX°. octavo, apud Novum Templum London., et deinde annuatim ad totam vitam suam, termino et loco supradictis, sine omni contradictione, dolo, vel fraude, sub pœna dupli, quam pœnam eidem vel suo certo procuratori fideliter solvere promittimus loco prædicto, infra quindecim dies postquam commissa fuerit, si in solutione dictæ pecuniæ suo termino facienda defecerimus, quod absit, principali debito nihilominus rato manente. Si vero dictus magister Bayamundus, vel ejus certus nuntius sive procurator, dictis die et loco ad petendum, et recipiendum a nobis vel nuntio nostro dictam pecuniam, præsens non fuerit, promittimus ex tunc ipsam pecuniam domino thesaurario ejusdem loci vices gerenti, nobis de pecunia recepta facienti, et restituenti acquietanciam, tradere et solvere dicto magistro B. vel ejus certo nuntio per eundem thesaurarium, vel ejus vices gerentem assignandam et restituendam, subicientes nos et successores nostros jurisdictioni et cohercioni domini officialis Cantuariæ,
f. 169 *b* qui pro tempore fuerit, vel ejusdem vices gerentis, ut per suspensionis, interdicti, et excommunicationis sententias, et per bonorum nostrorum districtiones, sine strepitu judicialis possit nos compellere ad observationem omnium et singulorum præmissorum, et dampnorum et expensarum, sique fecerit aut incurrerit occasione solutionis suo termino non factæ refusionem. Super quibus simplici verbo procuratoris sui credi volumus, sine alterius onere probationis; renunciantes in præmissis pro nobis et successoribus nostris omnibus exceptionibus et defensionibus, tam personalibus quam realibus, litteris apostolicis impetratis et impetrandis, regiæ prohibitioni, omni juris auxilio canonici et civilis, et omnibus aliis remediis et defensionibus, quæ possent

objici contra præsens instrumentum vel factum; et ad præmissa omnia et singula fideliter complenda et tenenda obligamus nos, successores, et omnia bona nostra mobilia, et inmobilia, ecclesiastica et mundana, præsentia et futura, ubicumque fuerint inventa, eidem magistro Bayamundo, donec de prædicta pecunia, et similiter de pœna si commissa fuerit, in omnibus eidem plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum commune apponi fecimus. Datum apud Malmesburiam in crastino Beati Mathiæ apostoli, anno Domini M°.CC°.LXX°. sexto.

CAP. XCI.

Quoddam memorandum ut patet.

Memorandum touching Minty.

Capitulum Sarum habet in thesaurario ejus transcriptum ordinationis domini episcopi super ecclesiis de Puritone et de Minty, et transcriptum submissionis abbatis et conventus Malmesburiæ, super ipsis ecclesiis, sigillis eorundem signatum. Habet etiam transcriptum confirmationis decani et capituli Sarum, super ordinatione dicti domini episcopi de ecclesiis prædictis, una cum transcripto confirmationis dictorum abbatis et conventus factæ super ecclesia de Minti.

CAP. XCII.

Testimonium perhibitum super autenticis sigillatis inspectis.

Attestation of the papal legate, to the following documents.

Nos Gualo, miseratione divina tit. Sancti Marci presbiteri cardinalis, Apostolicæ Sedis legatus, autentica sigillata sigillo domini regis Johannis, inspeximus diligenter, et sicut continetur in illo ita continetur in isto littera plus minusve. In cujus rei testimonium hanc subscriptionem fieri fecimus, et præsentem paginam sigillo nostro muniri. Datum Gloucestre, ii. nonas Martii.

Cap. XCIII.

Carta Isabellæ reginæ de villa Malmesburia.

Charter of queen Isabella.

Isabella Dei gratia regina Angliæ, &c. Universis Christi fidelibus hanc cartam inspecturis, salutem in Domino. Sciatis quod nos intuitu Dei, et pro salute animæ nostræ et domini nostri felicissimæ recordationis Johannis, quondam regis Angliæ illustris, concessimus, et hac carta nostra confirmavimus, Deo et ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et abbati et monachis ibidem Deo servientibus, villam de Malmesburia, cum omnibus pertinentiis suis, quæ est de dote nostra; habendam et tenendam, ita libere et quiete, integre et pacifice, cum hundredis et omnibus pertinentiis, et libertatibus, et liberis consuetudinibus, et omnibus aliis, ad villam illam pertinentibus, sicut idem dominus rex, bonæ memoriæ, eandem villam cum suis pertinentiis eis dedit, et carta sua confirmavit, ad feodi firmam pro xx^{ti}. libris sterlingorum, ei et hæredibus suis, inde ad duos terminos anni solvendos; quas ipse abbas et monachi nobis reddent, tota vita nostra, ad duos terminos; videlicet, ad festum Sancti Michaelis x. libras, et ad Pascha x. libras, pro omni servicio et exactione. Concessimus etiam prædictis abbati et monachis imperpetuum locum illum in quo situm fuit castrum in ipsa curia ecclesiæ de Malmesburia; quod in usus suos ad ædificia sua dilatanda converterunt, ut locum illum, sine omni difficultate, pacifice possideant, sicut jus ecclesiæ suæ; nec inde aliquo tempore, per nos vel nostros, in aliquo vexabuntur. Ut autem hæc rata sint et inconcussa, hanc cartam nostram eis fecimus, et sigilli nostri impressione roboravimus. Hiis testibus, domino H. Dublin. archiepiscopo, P. Wynton. et J. Bath., episcopis, et multis aliis.

f. 170.

Cap. XCIIII.

Carta Johannis comitis Moritoniæ de aquietancia tolneti in villa Bristoll.

Johannes comes Moritoniæ, omnibus hominibus et amicis suis, Francis et Anglicis, præsentibus et futuris, salutem. Sciatis me vidisse cartam Willelmi comitis Gloucestre in hæc verba: Willelmus comes Gloucestre præpositis et omnibus ministris suis de Bristoll salutem. Sciatis quod ego pro salute animarum patris et matris meæ, et Roberti filii mei, concedo imperpetuum monasterio Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et fratribus ibidem Deo servientibus, quietanciam in villa mea de Bristoll, de victu et vestitu fratrum, et materiæ ligni et ferri, et quæ ad proprios usus emerint in villa de Bristoll. Abbas vero et conventus ejusdem loci concesserunt mihi et comitissæ, et patri et matri meæ, et Roberto filio meo, et aliis liberis meis omnibus, participationem orationum et beneficiorum omnium, quæ fient in ecclesia sua imperpetuum; et post obitum nostrum communionem tam in temporalibus, quam in spiritualibus, sicut uni fratrum. Teste rege et ceteris. Ego autem hanc donationem Willelmi comitis Gloucestre ratam habens et commendabilem, eam præsenti scripto confirmo, et sigilli mei appositione communio. Teste Willelmo comite Sarum, S. Theoridel, et aliis, apud Wynton.

Confirmation by John of a charter of William earl of Gloucester.

Cap. XCV.

Carta Willelmi comitis Gloucestre de eodem.

Willelmus comes Gloucestre præpositis et omnibus ministris suis de Bristoll, salutem. Sciatis quod ego pro salute animarum patris et matris meæ, et Roberti

Charter of William earl of Gloucester.

f. 170 b. filii mei, concedo imperpetuum monasterio Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et fratribus ibidem Deo servientibus, quietanciam in villa mea de Bristoll, de victu et vestitu fratrum, et materiæ lignorum et ferri, quæ ad proprios usus emerint in villa de Bristoll. Abbas vero et conventus ejusdem loci concesserunt mihi et comitissæ, et fratri et matri meæ, et Roberto filio meo, et aliis liberis meis omnibus, participationem orationum et beneficiorum omnium, quæ fiunt in ecclesia sua imperpetuum, et post obitum nostrum communionem tam in temporalibus quam in spiritualibus, sicut uni fratrum ejusdem monasterii. Teste Rogero episcopo Wygornensi, Hawysa comitissa, et aliis.

Cap. XCVI.

De terra in Unkerestret data Henrico filio Odonis.

Grant to Henry Fitz-Odo of land in Unkerest Street.

Walterus Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Ad universitatis vestræ notitiam pervenire volumus nos concessisse et tradidisse Henrico filio Odonis totam terram nostram in Wnkerestret, quæ est inter terram Luc. Cap' et Walteri mercatoris; tenendam et habendam illi et hæredibus suis jure hæreditario, libere et quiete; reddendo inde annuatim cameræ nostræ, ad festum Sancti Egidii, xii. den., pro omni servicio et pro omni exactione ad nos pertinente. Et nos debemus ei et hæredibus suis prædictam terram, cum pertinentiis, contra omnes homines warantizare. Et ut hæc concessio rata sit et stabilis, munimine sigilli conventus nostri fecimus corroborari. Hiis t[estibus].

Cap. XCVII.

De molendino de Avene.

Hæc est conventio inter Robertum abbatem et conventum monasterii Malmesburiæ et Rogerum filium Gaufridi de molendino de Avene, quod prædictus abbas et conventus clamabant habere in dominico suo: scilicet, quod prædictus Rogerus et heredes sui tenebunt illud molendinum de monasterio prædicto Malmesburiæ, solvendo annuatim x. solidos, ad festum Sancti Aldhelmi; et per hos x. solidos est firma pax et concordia inter eos de omnibus querelis super præfato molendino. Hæc conventio facta est proxima die Jovis post Annunciationem Beatæ Mariæ, anno quo Henricus rex Angliæ misit filiam suam in Siciliam. Hiis testibus, magistro Yvone, magistro Gaufrido, et ceteris.

Lease of the mill of Avene.

Cap. XCVIII.

De una hida terræ in Chotherintone.

Sciant omnes tam præsentes quam futuri quod ego Rogerus de Berkelay divinæ pietatis intuitu, et pro salute animæ meæ et antecessorum et successorum meorum, dedi et concessi, et hac carta mea confirmavi, Deo et ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia, unam hydam terræ, de feodo meo in Cuderintone, ad vestituram monachorum ibidem Deo servientium, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni regali, militari, et seculari servicio. Quam, videlicet, f. 171. hydam Rogerus avus meus, et Rogerus pater meus, eidem ecclesiæ dederant et concesserant in puram et perpetuam elemosinam, pro salute antecessorum et successorum suorum, ut mererentur participes fieri omnium bonorum, orationum, et elemosinarum, quæ in eadem ecclesia fieri possent imperpetuum. Et ut hæc donatio et confirmatio rata et stabilis permaneat, præsentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus—

Grant to the abbey of a hide in Cuderington.

Cap. XCIX.

Item de ipsa eadem hida.

Of the same.

Sciant omnes tam præsentes quam futuri, quod ego Rogerus de Berkelay dedi et concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Deo et sanctæ ecclesiæ Sancti Aldhelmi de Malmesburia, una hydam terræ de feodo meo in Cuderintone, ad vestituram monachorum ibidem Deo servientium, quam ex dono antecessorum meorum ex antiquo tempore habuerunt et tenuerunt, liberam et quietam ab omni regali, militari, et seculari servicio. Et hoc donum fecerunt antecessores mei simplici et humili devotionis affectu, ut participes essent omnium bonorum quæ fiunt in eadem ecclesia, tam pro vivis quam pro defunctis. Et ego simili devotione per hanc meam cartam illorum donum confirmavi, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ et meorum, tam vivorum quam defunctorum. Quod ut ratum sit et firmum, hanc cartam ecclesiæ de Malmesburia feci, et sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus—

Cap. C.

De duobus solidis et viii. den. solvendis de terra in Walecote.

Grant of 2*s.* 8*d.* annually.

Sciant præsentes et futuri quod ego Galfridus de Brinkewude, assensu Roberti fratris mei et heredis, concessi et dedi, et hac carta mea confirmavi, ecclesiæ Malmesburiæ, ii. sol. et viii. den. de terra mea in Walecote, annuatim reddendos a me et heredibus meis, ad altare sanctæ Dei genetricis Mariæ, ad inveniendum tertium cereum in servicium ejus, dum missa cantatur. Solventur autem isti denarii, ad festum Sancti Michaelis, xvi. den., et ad festum Sanctæ Mariæ Ann. xvi. den. Hiis testibus—

Cap. CI.

De molendino foleracio concesso Waltero Handsex.

Sciant omnes, tam præsentes quam futuri, quod ego Robertus Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et hac præsenti carta confirmavimus, Waltero Handsex et heredibus suis, molendinum nostrum fuleratium, quod est in Heycrofte: tenendum et habendum in feodo et hereditate cum omnibus pertinentiis suis; quæ sunt Heycrofte, ubi molendinum ipsum situm est, et Festehulle, quod jacet propter tres acras, et Langecrofte tantumdem, et tres ham de prato; prima scilicet quæ jacet juxta pratum elemosinarii, et secunda quæ jacet juxta clusam ipsius, et tertia ante ostium molendini; sicut Everardus tenuit ante illum: reddendo nobis inde annuatim, unam marcam argenti, ad quatuor terminos; sc., Sancti Michaelis, et Sancti Andreæ, et Annunciationis, et Sancti Johannis Baptistæ. Reddet etiam regale servicium, et denarios Sancti Petri, et veniet ad scotalles domini sui; et hæc faciet pro omni servicio. Habebit autem quatuor vaccas et unum equum cum ociosis animalibus sacristæ in pasturis, et habebit viam usque Lupiȝet. Ipse autem Walterus jurabit quod nihil faciet in illo molendino, vel tenemento, quod nobis noceat, et unde tenementum illud deterioretur. Sunt autem plegii ejus: Hugo de Posterna et Willelmus de Walecote, quod fidelis erit ecclesiæ, et hæc nominata servicia fideliter adimplebit. Hiis testibus—

Grant of a fulling-mill to Walter Handsex.

f. 171 b.

Cap. CII.

De terra concessa Henrico filio Alexandri de la Lupe in Cherltone.

Notum sit omnibus fidelibus præsentibus et futuris, quod ego Walterus Dei gratia abbas Malmesburiæ et ejusdem loci conventus totus concessimus, et hac præ-

Lease of Chorlton.

senti carta confirmavimus, Henrico filio Alexandri de la Lupe, et heredibus suis, tenementum patris sui et antecessorum suorum quod de ecclesia nostra antiquitus tenuerunt; scilicet, unam virgatam terræ cum pertinentiis in Choerltone, manerio nostro, pro ii. solidis de annuo redditu, et quatuor den. et ob. de hundredselver et denariis Sancti Petri, pro omni servicio,[1] salvo regali servicio; et in Brokeneberȝe dimidiam virgatam terræ pro duobus sol. et duobus denariis de hundredselver pro omni servicio domini regis: ut habeat et teneat prædictam terram cum pertinentiis suis, per prædictum servicium in feodo, et hereditate, libere, pacifice, et quiete. Hiis testibus, Thoma de Puritone tunc constabulario, Angelo Sanaschallo tunc domini Walteri abbatis, et aliis.

Cap. CIII.

De dicta hyda concessa Roberto filio Girardi Wrug in Walecote.

Lease of half a hide in Walcot.

Notum sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod ego Walterus, Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, concessimus Roberto filio Girardi Wrug de Walecote, et heredibus suis, dimidiam hydam terræ in Walecote, libere et quiete tenendam, cum mesuagiis et aliis pertinentiis suis, pro viii. sol. ad quatuor terminos annuatim reddendis, et pro xii. den. de hundredselver ad tres terminos. Et ad Natalem Domini xviii. den. de gersive, et ad festum Sancti Martyni v. bussellos frumenti de chirset, reddere debet; et pannagium si porcos habuerit. Debet quoque singulis annis arare duas acras, unam de waret et alteram ad semen, nominatim in Wrde' vel in Westgarstone, et ad falcandum per unum diem in Brademede invenire unum

[1] *Salvo sevicio*, in margin, in a more modern hand.

hominem; in autumpno duas acras metere ad bedrippe debet, unam de frumento et unam de avena. Pro hiis consuetudinibus et prænominato servicio tenementum supradictum in pratis, in paschuis, et aliis pertinentiis suis, prædicto Roberto et heredibus suis, tam libere et quiete et honorifice concessimus, sicut pater ejus pro tali et tanto servicio supradicto melius et liberius tenuit et possedit. Hiis testibus, Augero clerico, Philippo clerico, Wyberto de Cherlton, et aliis. f. 172.

Cap. CIIII.

De terra concessa Radulfo de Hundlavinton in Creddewelle.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerint, Walterus Dei gratia abbas Malmesburiæ et ejusdem loci conventus, salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse, et præsenti carta confirmasse, Radulfo de Hundlavintone et heredibus suis, donationem illam et concessionem quam eis fecit Philippus de Sudintone, de tota terra illa quam habuit de feudo abbatiæ nostræ in Credewelle, sicut carta ipsius Philippi testatur. Salvis hiis quæ ad nos pertinent. Et ut hæc nostra confirmatio rata et inconcussa permaneat hanc cartam eis fecimus, et sigillo communi roboravimus. Hiis testibus—

Confirmation of grant of land in Credwell.

Cap. CV.

De terra Gurlet concessa Stephano filio Rogeri, in Westeport.

Sciant præsentes et futuri quod ego Walterus, Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, dedimus et concessimus, et hac præsenti carta confirmavimus, Stephano filio Rogeri capellani de London., quandam terram in Westeport, cum mesuagio super ædificato, quam Ranulfus Gurlet tenuit, et dedit Deo

And in Westport.

et ecclesiæ Sancti Aldhelmi, tenendam et habendam sibi et heredibus suis, reddendo nobis inde annuatim xii. den. ad duos terminos; scilicet, ad festum Sancti Aldhelmi vi. den., et ad festum Sancti Michaelis vi. den. Quod ut ratum sit, hanc ei cartam fecimus et sigillo nostro roboravimus. Hiis testibus—.

Cap. CVI.

De domo Radulfi le Taillur ex opposito ecclesiæ Sancti Pauli.

Also of a tenement opposite St. Paul's.

Notum sit omnibus fidelibus præsentibus et futuris, quod ego Walterus, Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, dedimus et concessimus, et hac præsenti carta confirmavimus, Radulfo Taillur, domum quam Gervasius vinitor tenuit quondam de nobis, sitam contra ecclesiam Sancti Pauli, et tres seoldas proximas cum totis edificiis suis, habendas et tenendas de nobis, sibi et heredibus suis jure hereditario; reddendo annuatim elemosinario ecclesiæ nostræ x. sol. ad duos terminos; scilicet, ad Pascha v. sol., et ad festum Sancti Michaelis v. sol., pro omni servicio, salvo servicio domini regis. Et nos hanc domum cum seoldis prædictis warantizare debemus eis contra omnes homines et feminas. Quod ut ratum sit et stabile, hanc cartam ei fecimus et sigilli communis appositione roboravimus. Hiis testibus—.

Cap. CVII.

De una hyda et dimidia quam Walterus de Niwentone tenuit.

Acknowledgment of Walter de Niwentone.

f. 172 b.

Sciant omnes tam præsentes quam futuri quod ego Walterus de Niwentone teneo unam hydam et dimidiam cum pertinentiis suis, et unam mansuram in burgo juxta capellam Sancti Pauli, quæ Robertus abbas Malmesburiæ totusque ejusdem loci conventus concesserunt mihi et

heredibus meis, ex parte Emmæ uxoris meæ, filiæ Jordanis de Sterkele, pervenientibus, tenenda in feudo et hereditate; solvendo annuatim xl. sol. ad quatuor terminos; scilicet, ad festum Sancti Andreæ, ad Pascha, ad Natalem Sancti Johannis Baptistæ, et ad festum Sancti Michaelis; ita libere et quiete per hoc servicium sicut ipsi tenent propria dominia; scilicet, unam dimidiam hydam quam Jordanus tenuit tempore regis Henrici, et alteram quæ fuit Aldwyni Pich, et tertiam quæ fuit Azur le Gaidre. Et si aliquis disrationaverit adversus me unam virgatam de supradicta terra, et disrationator reddiderit de illa virgata minus quam v. sol., ego perficiam v. sol., et quietus ero de redditu illius virgatæ. Si vero census illius virgatæ supra quinque sol. excrescat, ex parte, scilicet, disrationatoris, residuum erit abbatis, et ego de quinque sol. quietus ero. Similiter secundum quod vel plus vel minus de supradicta terra disrationatum fuerit, adversus me ad modum prædictæ virgatæ census a me vel heredibus meis persolvetur. Hiis testibus, Willelmo de Andeg., et aliis.

Cap. CVIII.

Carta Jordani de Sterkele.

Notum sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod Jordanus de Sterkele, in plena curia Sancti Aldhelmi, in præsentia domini Roberti, abbatis Malmesburiæ, multis astantibus laicis, militibus et aliis, sponte sua et libera voluntate reddidit Deo et Sancto Aldhelmo et ecclesiæ Malmesburiæ semetipsum, et totum tenementum suum quod tenebat de eadem ecclesia, in burgo et extra, liberum et quietum ab omni calumpnia, sicut illum tenementum, in quo nihil omnino juris aliquando contra ecclesiam Malmesburiæ habebat vel vendicabat. Dominus vero Robertus abbas, annuente conventu, supradictum tenementum eidem Jordano sicut fratri ecclesiæ tradidit custodiendum et habendum tantum diebus vitæ

Surrender of Jordan de Sterkele.

suæ, vel donec vitam suam in melius voluerit mutare. Ipse autem Jordanus in plena curia omnibus qui aderant videntibus et audientibus sponte sua et libera voluntate affidavit et juravit nunquam se, nunquam alium per eum, artem vel dolum, quod absit, quærere, quo ecclesia Malmesburiæ de supradicto tenemento, in aliquo unquam deinceps vexetur ab aliquo, vel detrimentum patiatur. Cum itaque Jordanus ab hac vita discesserit, vel vitam suam in melius mutaverit, suscipiet eum ecclesia Malmesburiæ cum supradicto tenemento, libere et quiete, ecclesiæ Malmesburiæ reddito, et cum medietate totius bladi sui quod tunc habuerit
f. 173. in horreis et in campis. Concessit etiam dominus Robertus abbas, Ricardo fratri Jordani corradium, sicut ipse Jordanus habebat, post decessum ipsius Jordani, vel susceptionem habitus vitæ melioris. Hanc præfatam cognitionem et conventionem ipse Jordanus firmiter tenendam, et sine fraude, dolo, vel arte, ut supradictum est servandam, in manu domini Roberti abbatis affidavit. Et postea supra magnum altare coram toto conventu, dum major missa ibidem celebraretur, semet ipsum cum præfato tenemento offerendo confirmavit. Hiis testibus, magistro Aeone, Waltero de Eschele, Unfrido le Bret, Unfrido filio Johannis, et aliis.

Cap. CIX.

De præsentatione vicarii ad ecclesiam Sancti Pauli.

Presentation to the vicarage of St. Paul's.

Universis ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus de Sanctæ Mariæ ecclesia de Wyltisiria archidiaconus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos in hanc formam perpetuam vicariam in ecclesia Beati Pauli, quæ est in villa de Malmesburia, admisisse, ut quicumque in eam, ad præsentationem abbatis et monachorum de Malmesburia susceptus fuerit, reddet annuatim sacristæ ecclesiæ Sancti Aldhelmi vi. mar. argenti.

CAP. CX.

Compositio super decimis Bachamptone.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus archidiaconus Wyltesiriæ salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ad instantiam tam abbatis, quam monachorum de Malmesburia, compositionem super decimis de dominico de Bachamptone et de Stanmere, inter ipsos et Hylarium de Bachamptone, rationabiliter factam approbasse, et ipsam juxta formam rescripti inter eos facti litteris nostris confirmasse; et ut compositio prædicta firma et inconvulsa inposterum permaneat, sigilli nostri appositione hanc confirmationem munivimus et corroboravimus. Hiis testibus, magistro Vinc., magistro Thoma Sampsone capellano.

Arrangement of tithes in Bachampton.

CAP. CXI.

Quieta clamancia domini Henrici comitis Hereford de pastura unius carucatæ terræ inter Kemele et Chelewrthe.

Universis Christi fidelibus ad quos hoc præsens scriptum pervenerit, Henricus de Boun comes Hereforde salutem. Sciatis me intuitu Dei et pro salute animæ meæ et antecessorum meorum remisisse, reddidisse, et sine aliquo retenemento quietum clamasse, de me et de heredibus meis perpetuo, Deo et ecclesiæ Sanctæ Mariæ et Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et venerabili Waltero abbati de Malmesburia, et ejusdem loci conventui, et successoribus suis imperpetuum, totum clamium quod dicebam me habere in pastura terræ eorundem, ab antecessoribus meis injuste occupatam,[1] tamquam jus ipsius ecclesiæ, de una scilicet carucata terræ inter Kemele et Choellewrde, unde placitum fuit inter dominum Robertum abbatem de Malmesburia et Milonem de Morlege, et finalis concordia facta per finem duelli in

Quit-claim of Henry earl of Hereford.

[1] So in MS. and again at p. 443.

f. 173 b. curia domini regis Johannis; ita videlicet quod nec ego vel heredes mei vel aliquis ex parte nostra aliquid juris in prædicta terra, vel pastura, vel pertinentiis suis, casu aliquo vel causa aliqua de cetero calumpniari vel vendicare poterimus; sed gaudeat de cetero imperpetuum dicta ecclesia jure suo eidem restituto, et præsentem cartam meam confirmato, bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie, de terra videlicet, et pastura sua prædicta, illam excolendo, vel de ea pro voluntate sua libere disponendo, soluta et quieta de me et heredibus meis ab omni vexatione et vendicatione. Et ut hæc remissio et quieta clamatio robur securitatis, fidelitatis et perpetuitatis optineat, hanc cartam dictis abbati et conventui confeci, et sigillo meo corroboravi. Hiis testibus, etc.

Cap. CXII.

Confirmatio domini episcopi Sarum super carta prædicta ut patet.

Confirmation of the same by the bishop of Sarum.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus divina miseratione Sarum ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ad instantiam dilecti filii nostri in Christo, Henrico de Boun, com. Herefordiæ, cartam ejusdem inspexisse, et manibus propriis contrectasse, quam, quantum ad nos pertinet, pontificali confirmamus auctoritate. Cartæ autem prædictæ talis est tenor.

Cap. CXIII.

Tenor cartæ prædictæ.

Recital of the earl's charter.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Henricus de Boun comes Herefordiæ salutem. Sciatis me intuitu Dei, et pro salute animæ meæ, et antecessorum et successorum meorum, remisisse, de-

disse, et sine aliquo retenemento quietum clamasse, de me et heredibus meis perpetuo, Deo et ecclesiæ Sanctæ Mariæ et Sancti Aldhelmi de Malmesburia, et venerabili Waltero abbati et conventui ejusdem loci, et successoribus suis imperpetuum, totum clamium quod dicebam me habere in pastura terræ eorundem, ab antecessoribus meis injuste occupatam, tanquam jus ipsius ecclesiæ, etc. In hujus autem confirmationis nostræ testimonium præsentis scripto sigillum nostrum apposuimus.

Cap. CXIIII.

De redditu de Lamyhangel.

Sciant tam præsentes quam futuri quod ego P. Dei gratia abbas Malmesburiæ, et ejusdem loci conventus, concedimus Marcello et heredibus suis terram de Lamihangel; ita etiam ut per unumquemque annum reddant abbati et monachis Malmesburiæ unam marcam argenti, ad festum Sancti Michaelis medietatem unam, et ad festum Sancti Aldhelmi aliam, et duas partes decimæ ejusdem villæ. Testes sunt Alfredus monachus, Aldwinus presbiter, et Wrganus pr. ejus, Albericus de Litletone, Hugo et Ricardus fratres ejus, et Willelmus de Brimina. **Lease of Lamyhangel.**

Cap. CXV.

De redditu de Bachamptone.

Sciant tam præsentes quam futuri quod ego Hylarius de Bachamptone concessi ecclesiæ de Malmesburia, pro amore Dei, et pro remedio animæ meæ et antecessorum meorum, viii. sol. annuatim percipiendos de decimis de dominio meo de Bachamptone et de Stanmere provenientibus, quatuor, scilicet, ad festum Sancti Aldhelmi, et quatuor ad festum Sancti Michaelis reddendos ab eis. Quicumque prædictas decimas, ex donatione mea f. 174. **Grant of Hil. de Bachampton.**

vel heredum meorum optinuerit, is autem cum jam dictæ decimæ processu conferentur, fidelitatem et securitatem faciet ecclesiæ de Malmesburia de dictis viii. sol. annuatim, sicut scriptum est, cum integritate percipiendis. Quascumque vero consuetudines antecessores mei, qui dictas decimas ecclesiæ sæpedictæ contulerunt, pro decimis ipsis ab ecclesia Malmesburia annuatim percipere solebant, divinæ caritatis intuitu remisi, et quietas omnino clamavi. Quod ut imposterum ratum sit, et inviolabile permaneat, sigillo meo præsentem cartam confirmavi. Quod actum est tempore Roberti abbatis secundi, die Sanctarum Virginum Perpetuæ et Felicis, in capitulo Malmesburiæ, præsente conventu; et coram hiis testibus, Vinc. vice-archidiacono Wyltesiræ, Lamberto, et Ricardo capellano, et ceteris.

Cap. CXVI.

Conventio de eodem reddita.

Touching the same.

Omnibus ad quos per successiones temporum præsens carta pervenerit, Robertus divina dignatione dictus abbas Malmesburiæ, et ejusdem ecclesiæ conventus, salutem. Noverit universitas vestra ita convenisse inter nos et Hylarium de Backhamptone et heredes ejus, ut quicumque decimas de dominio suo de Bachamptone et de Stanmere provenientes tenuerit, de dictis decimis annuatim persolvet ecclesiæ Malmesburiæ viii. sol., quatuor ad festum Sancti Aldhelmi, et quatuor ad festum Sancti Michaelis. Præterea fidelitatem et securitatem faciet ecclesiæ Malmesburiæ de dictis viii. sol. annuatim, sicut præscriptum est, cum integritate persolvendis. Et nos imposterum contenti erimus perceptione memoratorum viii. sol., nec aliquid ultra de sæpedictis decimis, pro aliqua concessione quæ nobis ab antecessoribus suis facta fuerit exigemus. Quod ut ratum sit et ut imposterum inconcussum permaneat, præsentem cartam sigillo nostro confirmavimus.

Cap. CXVII.

Compositio inter abbatem Walterum et Walterum de Asseleye de pasturis et terris colendis.

Agreement between the abbot and Walter Ashley.

Noverint universi quod ita quievit controversia habita inter dominum Walterum abbatem de Malmesburia, et ejusdem loci conventum, et homines de Niwentone, ex una parte, et dominum Walterum de Esseleye, et homines ejusdem villæ, ex alia parte, de pasturis et terris colendis, videlicet quod dictus abbas de Malmesburia non debet de cetero colere terram de Newentone, jacentem inter villas de Niwentone et de Ehsseleye, nisi sicut antiquitus consueverat coli; et quod prædictus Walterus de Eshleye habebit mariscum suum de Cheggeberewe quietum [a] communa hominum de Niwentone; dicti vero abbas et conventus Malmesburiæ habebunt mariscum suum jacentem ex orientali parte stratæ publicæ quæ vocatur Fosse, quietum, et exceptum a communa hominum de Eshleye. Omnes vero aliæ terræ ad dictas villas pertinentes, et jacentes inter dictas villas de Eshleye et de Newentone, erunt in pastura communes; scilicet, a parco de Eshleye usque ad Merewelle, et usque ad gravam de Nywentone, et usque ad fontem qui vocatur Bradewelle, et usque ad Cleygerstonesdich, et aliam culturam quæ vocatur Shortegerstone; ita quod nullus poterit facere in hoc[1] defensum in dictis terris, sine communi consilio et assensu utriusque villæ de Nywentone et de Eshleye. Præterea de cetero non fient viæ vel semitæ per terras dictorum dominorum de Malmesburia et de Eshleye, nisi ubi antiquitus esse consueverant. In hujus rei testimonium hoc scriptum inter eos factum est. Et parti cyrographi ipsius Walteri de Eshleye appensa sunt sigilla dictorum abbatis et conventus de Malmesburia. Appensum est sigillum dicti Walteri de Eshleye. Hiis testibus, magistro Magno canonico Sarum, et aliis.

f. 174 b.

[1] in hoc sive def., MS., either from anticipation of the *sine* following, or omission of the correlative.

Cap. CXVIII.

De scotallis Malmesburiæ.

Scot-ales. Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Walterus Dei gratia abbas Malmbesburiæ et totus ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, nos divinæ pietatis intuitu, et pro salute animarum nostrarum, ad devotam instantiam et petitionem burgensium de Malmesburia, eisdem et successoribus suis, quantum ad nos pertinet, remisisse imperpetuum sectam trium scotallorum, quæ consueverunt sequi per annum; unius, scilicet, ad festum Sancti Michaelis, alterius contra Natalem Domini, et tertii in Quadragesima. Illis itaque remittimus sectam illam, qui sunt de gilda mercanda [1] in villa Malmesburiæ, et aliis omnibus existentibus extra gildam mercandam,[1] qui tantum pacare solebant et debebant ad dicta scotalla, quantum ipsi de prædicta gilda. Pro hac autem remissione dictorum scotallorum dederunt nobis dicti burgenses unam marcam argenti in gersoma; et ne detrimentum in redditu
f. 175. nostro, qui nobis de ipsis scotallis pervenire solet, incurramus, dabunt nobis nominati burgenses annuatim de redditu, nomine dictorum scotallorum, xxx. sol. ad tres terminos; videlicet, die Dominica proxima ante festum Sancti Michaelis x. sol., et Dominica proxima ante Natalem Domini x. sol., et Dominica secunda in Passione Domini x. sol. Et colligentur isti denarii statutis terminis per manus senescallorum prædictæ gildæ, et per manum servientis nostri. Hæc ut rata et inconcussa futuris temporibus permaneant, præsens scriptum in modum cirographi confecimus; cujus unam partem sigillis nostris munitam dictis burgensibus tradidimus, alteram vero partem penes nos retinuimus. Hiis testibus, Rogero de Daunteseya et aliis.

---

[1] *mercand'* in both instances.

CAP. CXIX.

De quinque virgatis terræ concessis Willelmo filio Rogeri de Kemele.

Universis Christi fidelibus ad quos præsentis scripti pagina pervenerit, Robertus divina dignatione abbas Malmesburiæ, et totus ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos confirmasse Willelmo filio Rogeri de Kemele et heredibus suis totum tenementum suum quod de nobis tenebat in eadem villa, scilicet, quinque virgatas terræ cum omnibus pertinentiis suis, plene, libere, et quiete tenendum nobis et successoribus nostris pro xxiiii. sol. et viii. den. de gabulo, et quatuor den. et ob. de hundredselver, et den. Sancti Petri, pro omni servicio annuatim inde solvendis, ad quatuor terminos; scilicet, ad festum Sancti Michaelis vi. sol. et iii. den., ad festum Sancti Andreæ vi. sol. et iii. den., ad Annunciationem Dominicam vi. sol. et iii. den., et ad festum Sancti Johannis Baptistæ vi. sol. et iiii. den. et ob., pro omni servicio. Quod ut ratum sit, nec a posteris infirmari possit, præsentis scripti attestatione et sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Hiis testibus, Milero de Kemele et aliis.

Lease of five virgates.

CAP. CXX.

De una domo concessa Johanni de Bradeweye.

Hæc est conventio facta inter elemosinarium Malmesburiæ et Johannem de Bradeweye cemitarium ejusdem villæ; videlicet, quod idem Johannes et heredes sui tenebunt unam domum quæ sita est juxta domum ejusdem Johannis in eadem villa, extra portam de Sutheport, illam scilicet domum quam Alditha Clauda dedit in emendationem elemosinæ de Malmesburia, caritatis intuitu, pro anima sua et pro animabus antecessorum suorum, in pleno hundredo, quasi jus suum

And of a tenement outside the gates of Southport.

hereditarium, nullo jus in eadem domo vel clamante vel exigente; reddendo pro prædicta domo elimosinario, quicumque pro tempore fuerit, annuatim xii. den. ad duos terminos anni, scilicet ad Annunciationem
f. 175 b. Sanctæ Mariæ vi. den., et ad festum Sancti Michaelis vi. den. Abbati vero de Malmesburia reddent idem Johannes et heredes sui pro prædicta domo iiii. den. ad festum Sancti Aldhelmi singulis annis. Pro hac autem concessione dedit idem Johannes memorato elemosinario vi. sol. præ manibus. Et ut hæc conventio firma et stabilis permaneat, cyrographum inter nos factum est, et coram omni hundredo Malmesburiæ recitatum, nullo in dicta domo jus exigente, vel contra donationem prædictæ Aldithæ, sicut prædiximus, reclamante.

Cap. CXXI.

De terra de Wynterburna et Wylebrigge.

Acknowledgment of Robert de Vals.

Omnibus fidelibus filiis ecclesiæ tam præsentibus quam futuris Robertus de Vals salutem. Notum sit vobis quod ecclesia de Malmesburia possedit et tenuit, ante conquestum Angliæ, terram illam quæ est de feodo patris mei Huberti et meo; scilicet, duas hydas in Wynterburna et tres virgatas in Wylebrugge; pro qua terra solebat eadem ecclesia reddere per annum patri meo et antecessoribus x. solidos pro omni servicio; ita quod pater meus et antecessores sui solebant adquietare et defendere eandem terram erga regem et summum dominum feodi, et erga omnes homines de omnibus servitiis, et de omnibus geldis, et omnibus querelis et consuetudinibus, tam regalibus quam aliis. Pater meus hæc pro emendatione malorum et dampnorum quæ fecit eidem ecclesiæ tempore regis Stephani, ad valentiam c. marcarum, et amplius, sicut testatur in carta sua; et pro salute sua et parentum suorum, dedit ei et concessit [et] carta sua confirmavit imperpetuam

elemosinam illos x. sol. et quietos clamavit et hoc assensu et voluntate matris meæ Griciæ, et mea et fratrum meorum Ranulphi et Johannis; quam donationem et concessionem quoque concessi, et carta mea confirmavi, Deo et eidem ecclesiæ de Malmesburia, et monachis ibidem Deo servientibus, illos, scilicet, x. sol., solutos et quietos imperpetuum. Ita quod ego et heredes mei adquietabimus et defendemus eamdem ecclesiam de prænominata terra erga regem, et summum dominum feodi, et erga omnes homines, de omnibus serviciis, et de omnibus geldis, et querelis, et consuetudinibus, tam regularibus quam aliis. Hanc donationem concesserunt fratres mei Ranulphus et Johannes. Sciatis etiam quod monachi prædictæ ecclesiæ pro concessione et confirmatione hujus donationis et adquietationis, scilicet, x. sol., dederunt mihi x. marcas argenti, et fecerunt me et uxorem meam et omnes heredes meos participes omnium bonorum ejusdem loci. Hiis testibus.

Cap. CXXII.

Concordia inter Milonem de Morle et abbatem Robertum, de una carucata terræ in Kemele.

f. 176.

Final concord touching a carucate in Kemele.

Hæc est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium per finem duelli, in vigilia Omnium Sanctorum, anno regni regis Johannis secundo, coram G. filio Petri, Ricardo de Her', Symone de Pateshulle, Johanne de Estlinge, Henrico de Wychentone, Godefrido de Insula, Waltero de Creping', Ricardo Flandre, justiciariis, et aliis baronibus domini regis tunc ibi præsentibus; inter Milonem de Morleya petentem, et Robertum abbatem de Malmesburia tenentem, de una carucata terræ cum pertinentiis in Kemele, unde placitum fuit inter eos in præfata curia, et duellum invadiatum et armatum; scilicet, quod prædictus Milo remisit et quietum clamavit prædicto

abbati et successoribus suis abbatiæ de Malmesburia totum jus suum et clamium quod habuit in prædicta terra de se et heredibus suis imperpetuum, et pro hac quietam clamavit et fine concordiæ [1] prædictus abbas dedit prædicto Miloni xxv. marcas argenti.

Cap. CXXIII.

De vivario de Tetteburia.

Grant for enlargement of a fish-pond in Tetbury.

Sciant præsentes et futuri quod ego Robertus Dei gratia abbas Malmesburiæ totusque ejusdem loci conventus, ad petitionem domini Willelmi de Brause et dominæ M. uxoris suæ, ad incrementum vivarii sui de Tetteburia, quod fundatum est in divisa terræ nostræ et eorum, comitatuumque de Wyltesira et de Gloucestre, concessimus eis partem terræ quæ nos contingit ibidem, scilicet quantum vivarium ipsum a fundo vallis penes nos occupare poterit: tenendam de nobis et successoribus nostris, sibi et heredibus suis imperpetuum, libere et quiete, ab omni servicio et exactione. Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris unam libram liberi incensi ad festum Sancti Aldhelmi pro omni servicio. Quod ut ratum sit et firmum dominus Willelmus de Brause de assensu et voluntate dominæ M. uxoris suæ, tam scripti præsentis attestatione quam sigilli sui appositione, corroboravit.

Hiis testibus, fratre Willelmo de Kyneleya, et ceteris.

Cap. CXXIIII.

De molendino de Tetteburia firmando.

And maintenance of a mill there.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, dominus Willelmus de Brause et domina M. uxor ejus, salutem. Noverit universitas vestra quod nos de conventione facta inter nos et dominum Robertum abbatem

---

[1] Sic in MS.

et conventum de Malmesburia firmare debemus unum molendinum in capite vivarii nostri de Tetteburia, et illud firmatum manutenere; quod nisi fecerimus, vel nos vel heredes nostri, totam conventionem et concessionem, quæ facta est inter nos de vivario firmando, in irritum ex utraque parte revocabitur, auxilio Dei. Quod ut ratum sit et firmum, hoc scriptum inde fieri et sigillo nostro fecimus corroborari. Hiis testibus.

Cap. CXXV.

De una virgata terræ in Wynterburna.

Sciant præsentes et futuri quod ego Adam filius Hugonis de Enfer recognovi et reddidi Deo, et Sancto Aldhelmo, et Roberto abbati et monachis Malmesburiæ, coram justiciariis domini regis, Symone de Pateshulle, Eustacho de Faucumberge, Ricardo Flandrensi, Michaeli Belet, Radulfo Morin, apud Shireburniam unam virgatam terræ cum pertinentiis in Wynterburna, abbati monasterii, quam scilicet Walterus Barate tenuit, quam prædictus abbas et monachi clamaverunt versus me, et quietam ipsam terram clamavi prædictis abbati et monachis, sicut jus suum, et ecclesiæ suæ de Malmesburia, liberum et quietum et solutum de me et heredibus meis, imperpetuum; et pro hac recognitione et quieta clamatione prædicti abbas et monachi dederunt mihi xl. sol. esterlingorum, et concesserunt et tradiderunt mihi totam prædictam terram tenendam de ipsis et eorum successoribus mihi et heredibus meis imperpetuum; reddendo inde eis annuatim x. sol., ad duos terminos, scilicet, ad festum Sancti Michaelis v. sol., ad Annunciationem Dominicam v. sol; et præterea reddendo eisdem singulis annis pro herbagio illius virgatæ terræ decimas omnium agnorum, quos ipse qui tenebit eam proprios habebit, vel alienos in pastura ad illam terram pertinente: salva decimatione ipsorum agnorum prius facienda matrici ecclesiæ pro omni servicio, salvo forinsecus servicio. Hunc autem redditum

Grant of a virgate in Winterbourn.

f. 176 b.

prædictum, ego Adam juravi super iiii^{or}. Evangeliis, in capitulo monachorum Malmesburiæ, anno regni regis Johannis tertio, in festo Sancti Petri ad Vincula me eis fideliter soluturum. Et cartam hanc inde eis feci, et sigillo meo confirmavi, et fidelitatem præstiti. Hiis testibus.

Cap. CXXVI.

De una virgata terræ in Winterbourna.

Of the same.

Hæc est finalis concordia facta in curia domini regis apud Schireburniam a die Sanctæ Trinitatis in xv. dies, anno regni regis Johannis tertio, coram Symone de Pateshulle, Eustacho de Faucumberge, Ricardo Flandrensi, Michaele Belet, Radulfo Morin, et aliis fidelibus domini regis ibidem tunc præsentibus: inter Robertum abbatem Malmesburiæ, petentem per Johannem de Foxle, et Philippum clericum, positos loco ipsius abbatis, ad lucrandum vel perdendum, et Adam filium Hugonis de Enfer tenentem; de una virgata terræ cum pertinentiis in Winterburna, Albi Monasterii; unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Adam recognovit prædictam virgatam terræ cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesiæ de Malmesburia. Et pro hac recognitione et fine concordiæ idem abbas concessit prædicto Adæ totam prædictam terram cum pertinentiis, tenendam sibi et heredibus suis de ipso abbate et successoribus suis imperpetuum, per liberum servicium x. sol. per annum reddendorum ad duos terminos, scilicet, ad
f. 177. festum Sancti Michaelis v. sol., ad Annunciationem Dominicam v. sol., et reddendo inde annuatim eidem abbati et successoribus suis pro herbagio illius virgatæ terræ decimas omnium agnorum, quos ipse qui tenebit eam proprios habebit, vel alienos, in pastura ad terram illam pertinente: salva decimatione ipsorum agnorum prius facienda matrici ecclesiæ pro omni servicio, salvo forinsecus servicio. Et præterea prædictus abbas dedit eidem Adæ xl. sol. esterlingorum. Hiis testibus.

Cap. CXXVII.

Carta Hugonis de Enfern de eadem virgata terræ.

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus quod ego Hugo filius Terrici de Enfern in pleno capitulo Malmesburiæ, et coram pleno comitatu Dorset', cum consensu fratris mei, nullo contradicente, reddidi Deo et Sancto Aldhelmo unam virgatam terræ, et Walterum Barate qui eam tenet, cum omnibus libertatibus ad eandem virgatam pertinentibus, et cum omnibus bonis consuetudinibus, quas idem Walterus vel alii prius tenentes supradictam terram, melius et liberius, in pratis, in paschuis, in bosco, in plano, et in aliis rebus habuerunt, sicut illud tenementum, in quo nihil omnino juris contra ecclesiam de Malmesburia vendicabam, et quod pater meus injuste tenuit, liberum et quietum, ab omni calumpnia. Ego autem Hugo sponte mea et propria voluntate, subter magnum altare, et super reliquas ecclesiæ Malmesburiæ, multis videntibus et audientibus, numquam artem vel dolum per me vel per alium quærere, quo prædicta ecclesia Malmesburiæ de supradicto tenemento in aliquo deinceps vexetur, vel detrimentum patiatur. Pro hac vero recognitione dedit mihi conventus Malmesburiæ tres marcas argenti et dimid. Hiis testibus, Henrico decano, et ceteris.

Recognizance of Hugh de Enfern.

Cap. CXXVIII.

Carta facta Willelmo de Creddewelle de quadam terra de Urdleye.

Omnibus ad quos præsens carta pervenerit, Petrus Dei gratia abbas Malmesburiæ, et humilis ejusdem loci conventus, æternam in Domino salutem. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire nos concessisse et dedisse, et hac carta confirmasse, Willelmo de Credewell et heredibus suis, totam terram illam quam Willelmus filius Ernaldi de Hurleia tenuit de nobis in

Grant of divers lands to William de Credewell.

firma, cui firmæ tam ipse Willelmus, quam heredes sui, abjuraverunt coram liberis et legalibus hominibus, Thoma, sc. de Peritona, Waltero de Niwentona, Ricardo de Daunteseya, Jordano de Sterkele, et coram aliis. Præterea dedimus et concessimus prædicto Willelmo et heredibus suis dimidiam hidam apud Hanekintone, scilicet, illam dimidiam hidam quam Selewynus tenuit, et parvum pratum, quod pertinet ad terram de Kemele sub Oclee, et duas virgatas terræ super Mordone, scili-
f. 177 b. cet, unam virgatam quam Selewynus tenuit, et aliam virgatam quam Edwardus filius þankive tenuit, et bracam terræ sub Flusrige, et septem ley acras cum tanto prato quantum pertinet ad illas septem ley acras. Omnes terras supradictas dedimus et concessimus prædicto Willelmo et heredibus suis tenendas in franco feodo libere et quiete, honorifice et pacifice, per servicium quartæ partis militis. Præterea concessimus sæpedicto Willelmo et heredibus suis dimidiam hydam apud Cuderintone, tenendam in feudali firma, reddendo nobis idem annuatim dimidiam marcam argenti ad festum Sancti Michaelis. Præfatus vero Willelmus propter hanc donationem et concessionem redditum ex toto et plenarie abjuravit pro se et heredibus suis, Deo, et Sanctæ Mariæ, et Sancto Aldhelmo, et Petro abbati, et conventui de Malmesburia, emptionem illam quam fecit de Symone de Chelewrþe et heredibus suis. Nos vero propter hanc redditionem et abjurationem sæpedicto Willelmo in verbo Dei promisimus, et præsentis scripti testimonio firmavimus, quod ei et heredibus suis prædictas terras contra quemlibet et calumpniatorem warantizabimus. Et si eas warantizare non poterimus, ad valenciam prædictarum terrarum in villa de Hanekintone, prædicto Willelmo et heredibus suis faciemus escambium. Ut autem hæc nostra donatio et concessio stabilem obtineat perpetuitatem, eam præsentis paginæ munimine et sigilli nostri appositione duximus roborandum. Hiis testibus, Anketille, David de Peritone, Huberto presbiteris et aliis.

Cap. CXXIX.

Carta Willelmi de Creddewelle de terra de Chelewrthe.

Sciant tam futuri quam præsentes quod Willelmus de Credewelle reddidit ex toto, et pleniter abjuravit a se et heredibus suis Deo, et Sanctæ Mariæ, et Sancto Aldhelmo, et Petri abbati, et omni conventui Malmesburiæ, terram de Chelewrþe, mercationem scilicet suam, quam fecit de Symone de Choellewurþe, præsente Ernaldo herede suo. Et abbas et conventus dant ei e contra et suis heredibus pro retributione tenuras quas Willelmus filius Ernaldi de Hurleya tenuit de abbate in feuda firma, spontanea voluntate ipsius Willelmi filii prædicti Ernaldi, et dimidiam hidam Selewyni apud Hanekintone, et bracam terræ sub Flusrige, et septem ley acras sub Estcote, et per unum pratum de Kemele sub cruce de Hankintone in franco feodo tenenda sibi et heredibus suis pro tanto servicio quantum unus de paribus suis de tenura ejusdem valentiæ, et dimidiam hidam de Cuderintone, pro dimidia marca argenti, in franca firma. Hanc terram de Chelewrþe reddidit Willelmus Deo, et Sanctæ Mariæ, et Sancto Aldhelmo, et abjuravit a se et a suis heredibus, ut dictum est; præsente et concedente Ernaldo herede, prædicti Symonis fratre, et reddito ecclesiæ nostræ. Præterea ipse Willelmus jurejurando promisit abbati et conventui quod si quis calumpniator redditæ terræ contra monachos aliquando apparuerit, ipse contra quemlibet pro posse suo eam disrationabit cum monachis ad opus ecclesiæ, sicut mercationem suam, quam fecit a Symone, præscriptum est, concedente suo pariter herede. Hiis testibus, Domino abbate et toto conventu, Roberto filio Viviani clerico episcopi Bartholomei, magistro Roscelino de Grantone et aliis.

Of the same.

f. 178.

Cap. CXXX.

De terra data Willelmo de Creddewelle.

Grant to the same.

Omnibus ad quos præsens carta pervenerit, Robertus Dei gratia abbas Malmesburiæ et humilis ejusdem loci conventus æternam in Domino salutem. Ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire nos dedisse et concessisse, et hac carta nostra confirmasse, W. de Creddewelle et heredibus suis totam terram illam quam Willelmus filius Ernaldi de Hurleya tenuit de nobis in firma: scilicet, la Dune, le Mulelond, la Lane, Kochelescorst, Bulenornestrost, duas hidas apud Hanekintone, et unam virgatam terræ apud Westcreddewelle, Mordone, Lainmede, Ocle, Midelsus, Refeacres, et unam virgatam terræ apud Hanekintone, quam Rogerus Bulloc tenuit; quam firmam tam ipse Willelmus quam heredes sui abjuraverunt tempore bonæ memoriæ Petri abbatis prædecessoris nostri, coram liberis et legalibus hominibus, Thoma, scilicet, de Peritone, Gualtero de Niwentone, Ricardo de Daunteseya, Jordano de Sterkelee, et coram multis aliis. Præterea dedimus et concessimus prædicto Willelmo et heredibus suis dimidiam hidam apud Hanekintone quam Selewinus tenuit, et parvum pratum quod pertinet ad terram de Kemele sub Ocle, et duas virgatas terræ sub Mordune; scilicet, unam virgatam quam Selewynus tenuit, et aliam virgatam quam Edwardus filius Pankive tenuit. Omnes has terras supradictas dedimus et concessimus prædicto Willelmo et heredibus suis tenendas, in franco feodo, libere et quiete, honorifice et pacifice, per servicium quartæ partis feodi unius militis in regali servicio, et in releviis et auxiliis pro dimidia parte feodi unius militis. Quas terras universas, sicut prænotatæ sunt, prædictus Willelmus habuit prius et tenuit de donatione et concessione et confirmatione piæ recordationis Petri abbatis prædecessoris nostri et conventus; præfatus vero W. propter hanc donationem et concessionem

reddidit ex toto et plenarie abjuravit, pro se et heredibus suis Deo, et Sanctæ Mariæ, et Sancto Aldhelmo, et Petro abbati, et conventui de Malmesburia emptionem f. 178 b. illam quam fecit de Symone de Chelewrþe et heredibus suis, et iterum coram nobis. Et si quas terras alias præter eas quæ in hac carta continentur præfatus Willelmus prius tenuerat omnibus illis in præsentia nostra renunciavit, et in curia nostra tam ipse Willelmus quam Ricardus filius, heres ejus, pro se et heredibus suis eas abjuraverunt. Nos vero propter hanc redditionem et abjurationem sæpedicto Willelmo in verbo Dei promisimus et præsentis scripti testimonio firmamus, quod ei et heredibus suis prædictas terras contra quemlibet calumpniatorem warantizabimus; et si eas warantizare non poterimus, ad valentiam prædictarum terrarum in villa de Hankintone prædicto Willelmo et heredibus suis faciemus escambium. Ut autem hæc nostra donatio et concessio stabilem obtineat perpetuitatem, eam præsentis paginæ munimine et sigilli nostri appositione duximus roborandam. Hiis testibus, magistro J. de Wynton'.

Cap. CXXXI.

De piscaria de Plomwere.

Grant of the fishery in Plumwere.

Robertus abbas Malmesburiæ totusque ejusdem ecclesiæ conventus universis sanctæ ecclesiæ filiis salutem. Sciatis quod nos concessimus Waltero filio Siwyni et heredi suo, piscariam de Plumwere cum pertinentiis suis, ad tenendam de ecclesia nostra in feuda firma: reddendo ecclesiæ nostræ per annum duas marcas argenti et v. salmones legales, scilicet, unam marcam ad festum Sancti Aldhelmi cum salmonibus, et alteram marcam ad festum Sancti Michaelis; quamdiu ecclesiæ nostræ fideliter servierit, et firmam prædictam legaliter reddiderit. Hiis testibus, Reginaldo Janitore et aliis.

Cap. CXXXII.

Item de eadem.

Of the same.

Sciant tam præsentes quam futuri quod ego Osbertus Dei gratia abbas Malmesburiæ totusque ejusdem ecclesiæ conventus concessimus Roberto genero Walteri filii Sywyni et heredibus suis de filia prædicti Walteri piscariam de Plumwere cum pertinentiis suis, tenendam de nobis in feoda firma: reddendo annuatim ecclesiæ nostræ duas marcas argenti et quinque idoneos salmones; hiis terminis scilicet, unam marcam ad festum Sancti Aldhelmi cum salmonibus, et alteram marcam ad festum Sancti Michaelis, quamdiu ecclesiæ nostræ fideliter servierint, et firmam prædictam legitime reddiderint. Hiis testibus, Ernisio clerico, Salomone scriptore, Willelmo Pic, et aliis.

Cap. CXXXIII.

De filiabus Roberti Caboche.

Remission of relief.

Sciant præsentes et futuri quod ego Walterus Dei gratia abbas Malmesburiæ quietas clamavi in plena curia mea, omnes filias Roberti Caboche de clamio relevii sui quod versus illas habui. Pro hac autem quieta clamatione dederunt mihi præfatæ filiæ Roberti duas marcas argenti et quinque salmones per manus patris earundem, et Rogeri de Fernhulle. Quinque autem salmones illos, videlicet, quod prædictus Robertus in festo Sancti Aldhelmi ecclesiæ Malmesburiæ reddere solebat, (quia in eodem termino competentes, scilicet legales, exhibere non poterat,) competentiores ad terminum Sancti Andreæ persolvet. Et ne aliquis successorum nostrorum prænominatas filias Roberti de relevio suo in causam trahere voluerit, hanc cartam præfatis filiabus Roberti contuli et sigilli mei munimine in testimonium præactæ pacationis et libertatis corroboravi. Hiis testibus, Angel clerico tunc senescallo et aliis.

f. 179.

Cap. CXXXIV.

De dimidia hyda terræ in Brok[eneberg] data Willelmo filio Hugonis.

Noverint omnes sanctæ matris ecclesiæ filii quod ego Petrus Dei gratia abbas Malmesburiæ consensu totius conventus nostri concessi Willelmo filio Hugonis et heredibus suis dimidiam hidam terræ in Brokenebereȝe quam Swenwyne avus ejus et Ricardus avunculus ejus ante eum tenuerunt liberam et quietam ab omni servicio pro viii. sol. per annum. Et ut hæc conventio firma sit et rata imperpetuum, dedit prædictus Willelmus ad ingressum xx. sol. abbati. Hiis testibus, Jordano de Sterkele et aliis.

Grant of half a hyde in Brokeneberg.

Cap. CXXXV.

De dimidia hyda data Willelmo Blundo in Foxham.

Sciant præsentes et futuri quod ego Osbertus Dei gratia abbas et conventus Malmesburiæ concessimus Willelmo Blundo et heredibus suis dimidiam hidam et unam chauerland in Foxam, tenendam de nobis in feudo et hereditate, reddendo singulis annis xiiii. sol. pro omni servicio, excepto quod debet ter arare in anno. Si vero aratura fuerit supra montem, arabit in die unam acram; si fuerit in valle dimidiam acram. Hiis testibus, Elya decano, Ernaldo fratre ejus, Antonio capellano et aliis.

Also of half a hyde in Foxham.

Cap. CXXXVI.

De quinque virgatis terræ in Foxham.

Hæc est finalis concordia apud Divisas in pleno comitatu de Wyltesire, die Jovis proxima ante festum Beati Gregorii, anno regni regis Henrici secundi xxxv^{o}., coram Willelmo de Sancto Ved. vicecomiti Wyltesire,

Of five virgates in Foxham.

Rogero filio Everardi, Roberto Geresberti, Jacobo de Poterne, Rogero Pipard, Willelmo de Percy, Milone Hosato, Willelmo de Kalna, et aliis militibus qui tunc aderant : inter abbatem Malmesburiæ et Jordanum filium Hugonis de quinque virgatis terræ cum pertinentiis in Chellewrde, quas ipse Jordanus clamavit, versus ipsum abbatem, in comitatu per breve domini regis, scilicet, quod habuit in prædictis quinque virgatis terræ cum pertinentiis in Cheleswrdem, pro duabus marcis

f. 179 b. argenti quas prædictus abbas ei dat.

Cap. CXXXVII.

De una hyda terræ quam Symon de Offecote tenuit in Peritone.

Grant of a hyde in Periton.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Robertus divina dignatione dictus abbas Malmesburiæ, totusque ejusdem loci conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et præsenti carta confirmasse, Nigello filio Thancredi et heredibus suis illam hydam terræ quam Symon de Offecote tenuit in Peritone, cum omnibus pertinentiis suis, libere et quiete pro omnibus consuetudinibus, salvo servicio regali, pro xxx. sol. annuatim solvendis, ad quatuor terminos ; scilicet, ad festum Sancti Michaelis vii. sol. et vi. den., ad festum Sancti Andreæ vii. sol. et vi. den., ad Annunciationem Sanctæ Mariæ vii. sol. et vi. den., ad Natalem Sancti Johannis Baptistæ vii. sol. et vi. den. Pro hac vero concessione dedit nobis idem Nigellus præ manibus duas marcas argenti. Ut autem hæc firma et inconcussa permaneant, præsens scriptum inde fieri et sigilli nostri impressione muniri mandavimus. Hæc in capitulo nostro acta sunt in octav. Epiphaniæ, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MCXCII. Hiis testibus, Johanne de Wyka, Ricardo de Hussebourne, Hugone Camarario, Reginaldo Janitore, Johanne

ejus filio, Symone de Offecota, Johanne nepote ejus, Willelmo Malreward, Thoma Alwini, Ricardo fratre ejus, Hereberto de Grendewelle, Roberto de Grendewelle, Salomone qui cartam scripsit, et pluribus aliis.

Cap. CXXXVIII.

Carta facta Johanni de Bradeweye de una domo extra portam Malmesburiæ in Southport.

Hæc est conventio inter elemosinarium Malmesburiæ et Johannem de Bradeweye, cementarium ejusdem villæ; videlicet, quod idem Johannes et heredes sui tenebunt unam domum quæ sita est juxta domum ejusdem Johannis in eadem villa extra portam de Suþeport; illam, scilicet, domum, quam Alditha Clauda dedit in emendationem elemosinarii de Malmesburia, caritatis intuitu, pro anima sua, et pro animabus antecessorum suorum, in pleno hundredo, quasi jus suum hereditarium, nullo jus in eandem domo vel clamante vel exigente: reddendo pro prædicta domo elemosinario, quicumque pro tempore fuerit, annuatim xii. den. ad duos terminos anni, scilicet, ad Annunciationem Sanctæ Mariæ vi. den., et ad festum Sancti Michaelis vi. den. Abbati vero de Malmesburia reddent idem Johannes et heredes sui pro prædicta domo iiii. den. ad festum Sancti Aldhelmi singulis annis. Pro hac autem concessione dedit idem Johannes memorato elemosinario vi. sol. præ manibus. Et ut hæc conventio firma et stabilis permaneat, hoc cyrographum inter eos factum est, et coram omni hundredo Malmesburiæ recitatum, nullo in dicta domo jus exigente vel contra donationem prædictæ Aldithæ sicut prædiximus reclamante. f. 180.

Grant of a tenement outside Southport.

APPENDIX.

Cap. IV.

This is the Bruth of the Kings of England since the arrival of Brutus.

Twelve hundred years before the nativity of our Lord, f. 37.
Brutus the son of Silvius came to England and built the town of London. Eboracus the sixth king after Brutus built York and Dumbarton and the Maidens' Castle, and the castle of Montrose. Afterwards Hudibras the son of Eboracus built Canterbury and Winchester.

After that Bladud built Bath and the hot baths. After him Lear built Leicester. After that Belin, the son of Duneval, made four roads through England; he made one from Totness to Caithness, the other he made from St. David's across to Southampton, and the other two round the land. The same king Belin took France, and Lombardy, and Rome.

After him Cassibelaunus reigned, who twice expelled Julius Cæsar from England, but the third time Cassibelaunus was conquered and paid tribute to Rome, three thousand pounds of silver yearly. This was forty-two years before the nativity of our Lord.

About this time our Lord was born.

Twenty-two years after the Passion of our Lord, Telesphorus, the pope, ordained the "*Gloria in excelsis* "*Deo*" to be chanted in church.

After this Lucius, the king of the Britons, received f. 37 b.
Christianity in England from the pope Eleutherius, and all England became Christian. The same king Lucius created three archbishops and twenty-eight bishops.

This was four hundred and forty-six years before Augustin. After this Diocletian caused great [persecution] of Christianity. About this period St. Alban suffered martyrdom.

About this time Vortigern the king invited these people [the Saxons ?], and [afterwards] cast them out of England.

After this Gormund the king of Africa, destroyed nearly the whole of Christianity, and all the churches, and then the Britons lost the sovereignty of England.

After this for a long time England was divided among five kings in five parts. One had Kent, another Wessex, the third Mercia, the fourth Northumberland, the fifth East Anglia. The king of Kent reigned only in Kent. He had in his territory the archbishopric of Canterbury, and the bishopric of Rochester.

The king of Wessex had Wiltshire and Berkshire and Dorsetshire, and Sussex, and Southamptonshire, and Surrey, and Somersetshire, and Devonshire and Cornwall. He had in his territory five bishoprics : the bishopric of Salisbury, which was then at Shirborne, and that which is now at Chichester, and that of Winchester, and that of Bath, which was then at Wells ; and that of Exeter, which was then divided into two parts ; the one was at Crediton, and the other at St. Germans in Cornwall.

The king of Mercia had Gloucestershire, Worcestershire, Warwickshire, Cheshire, Derbyshire, Staffordshire, Shropshire, Buckinghamshire, Herefordshire, Huntingdonshire, half Bedfordshire, Northamptonshire Leicestershire, Lincolnshire, Nottinghamshire. He had four bishoprics in his dominions : that of Lincoln, and of Chester, and of Hereford, and of Winchester.

The king of East Anglia had Cambridgeshire, Norfolk, Suffolk, Essex, and half Bedfordshire. He had in his dominions the bishoprics of London, of Ely, and of Norwich.

The king of Northumberland had the whole land beyond the Humber, as far as Scotland. He had in his dominions the archbishopric of York, and the bishopric of Durham. f. 38.

And thus was England divided for a long time.

After the arrival of the Angles, the kings often made war with one another, very often some robbed others, the stronger [robbed] the weaker, until the time of Egbert the son of Edmund, a very worthy man towards God and the world, born and bred in Wessex, and afterwards in France. This was the first king who possessed the whole of England at once. The aforesaid Egbert commenced to show himself a good and valiant man. The king Bryhtric of Wessex was greatly envious of him. He doubted but that Egbert would take away his kingdom, and was about to kill him. But Egbert found it out and fled to France. There he acquired courage and courtesy and accomplishment. At this time Charlemagne the Great reigned in France: he reigned forty-five years.

Egbert lived there until the death of Bryhtric. And then barons of Wessex sent for Egbert. He conquered the whole of England. After his coming he lived twenty-eight years. He died and was buried at Winchester.

After Egbert, Ethelwik [Ethelwolf?] his son received the kingdom, who was a good man before God, and not mighty as regards the world, because he only held Wessex. He made a valiant man king of Mercia, and gave him his daughter, a very valiant man, Brithred was his name. All his other possessions he gave to his other son Ethelstan. Moreover he gave every tenth hide to God and to Holy Church, free and quit of all secular services, to clothe and feed the poor. Moreover he gave to God and to Holy Church and to St. Peter, a penny of every house in England, which is called St. Peter's penny.

This was the first king who gave St. Peter's penny;

he gave three hundred besants to Rome, one hundred for lights for St. Peter, the other hundred to St. Paul, the third hundred to the Pope.

This Etherwik lived one year at Rome; coming homewards through France, he took [to wife] the lady Judith, the daughter of Charles the Bald. He lived two years afterwards. He died and was buried at Winchester. This Etherwik had four sons, the fifth was
f. 38 b. dead. The one son was Ethelstan, the other was Ethelbald, the third was Ethelbert, the fourth was Alfred, the fifth was called Ethelred. Ethelbald and Ethelbert divided the kingdom between them, but Ethelbald lived but five years. So Ethelbert had the whole of the kingdom, but he only lived another five years.

After him Ethelred took the reign, a very noble man before God, and very valiant in the world ; but the Danes so harassed him that nine times in one year they gave him pitched battle; but he was seldom conquered, and was often conqueror.

He killed of them five counts and one king, and people without number. But one should not forget the battle which Ethelbert fought on another occasion, against the king Oseth of Denmark, who came with five counts and one king and a marvellous host. Ethelred went against him, and his brother Alfred with him, so they fought fiercely until the night. On the morrow the king heard mass early, so he would not depart from thence for any man until he had heard his service. For Alfred his brother, with his people, had commenced the battle in the morning rashly, and were almost defeated, so they called often for Ethelred who was at the mass. When he had heard the whole of the mass with devotion, he came to the battle, where God gave him such great honour that he defeated his enemies. He killed the king Oseth and five counts and many people. After this battle he lived five years. He died and was buried at Wimborne.

After him Alfred his brother received the kingdom. A wise and valiant man. This Alfred was the lawgiver of England; he received the crown from the Pope. He was crowned at Rome. He held the kingdom twenty-eight years and a half with much toil. He died and was buried at Winchester. This Alfred lived an extraordinary life. I will tell you briefly. The twenty-four hours between night and day he divided into three parts. Eight hours in writing, reading, and in praying; eight hours in rest to the body; and eight hours in discourse and provisions for the kingdom. He used to maintain a man in his chapel who served for this office, who divided the four and twenty hours by means of f. 39.
three even candles. He burnt the first candle until eight hours were passed, and so on with the others. [Thus he called him] from hour to hour to do his purposed work. King Alfred also did more; he gave of his lawful acquisition to poor abbeys. He divided his revenues into two parts. One half he divided into three parts; one part he gave to those who served in his court; the second part to those who wrought at his works; the third to poor strangers. The other half he divided into four parts; one part he gave to the poor of his kingdom, the second to poor religious houses, the third to poor clergy, the fourth to poor churches in foreign parts. Thus did king Alfred all the time of his life.

After him Edward his son received the kingdom. Very valiant and wise was he in guarding and governing his kingdom. He never came to battle but he conquered. On this account the Danes never dared to come into England to do evil during his time. This Edward had fourteen children by three wives, five sons and nine daughters. Three of the daughters adopted a religious life; one was called Edfled, the other St. Eldrich, and the third St. Ethelburg. This Edward had a sister who was called Ethelfled, the lady of London. This lady

by her great good sense much aided her brother Edward in the government of his kingdom. His father Alfred had given this lady to the count Ethelred, a very valiant man, by whom she had a child on the terms that she should never after approach her lord for any one's sake. For she said that a king's daughter had no business to enjoy such a pleasure whence so great anguish arose. This Edward reigned twenty-four years. He died and was buried at Winchester.

Then Athelstan received the kingdom, after him the handsomest and best knight that could be. This Athelstan held England better than any king who went before him. He conquered all the kings of Wales, and laid them under tribute, so that one paid him every year from North Wales twenty pounds of gold and three hundred pounds of silver and five thousand cows. This king Athelstan's renown for nobleness was spread abroad
